

Rotali, sed tanquam interpretationi, seu probationi dicte voluntatis tunc verifimiliter notæ, dum ob temporis brevitate annorum quo memoria erat recens, unde propterea admisso etiam quod ageretur de Statuto merè laicali, ad huc rationem dicte voluntatis ex tot circumstantiis deducæ, resolutiones non captivabunt intellectum.

Præterea hæc instantia cessantibus, omnem penitus difficultatem removere credebam ex motivo usus activi tanquam favorabilis ac privilegiativa, de quo in quarta inspectione, ad cuius tamen meliorem cognitionem congruum censui præmittere tertium superius insinuatam; an scilicet huiusmodi leges dotium moderatorie censendæ essent exorbitantes & odiosæ, vel potius favorabiles ac Reipublicæ utilites.

Circa quam inspectionem illud imprimis constituendam præsuppositum, dubitari non posse de potestate statuentium super dotium moderatione, quinimò etiam de dotiali abolitione; inter nostros enim questio est, an dos proveniat à jure naturali secundario, quoddam est ac jus gentium primævum, vel potius à jure gentium secundario, vel demum à jure civili, in quo variæ sunt scribentium opiniones, quas refert & examinat Barbol. in 4. par. rubr. solut. matrim. nu. 23. & seq. Boss. de dot. c. 2. nu. 138. Bart. enim ibidem tenet origine esse de jure gentium; verum de illius dicto dubitat Bal. Novell. de dot. part. 2. nu. 1 ubi n. 8. distinguit, ut origine sit de jure gentium, ordinatione verò de jure civili, eandemque distinctionem sequitur Barbol. Verum neque hæc opinio ita videtur, quoniam apud multas gentes, ac nationes huiusmodi contractus ignotus fuit, ut observat Petrus Gregorius *synagmatus juris part. 2. lib. 2. c. 18.* Fontanell. de pat. et. 5. glof. 1. par. 1. n. 1. cum seq. Boss. ad n. 138. ubi alios cumulat.

De jure siquidem gentium sunt illi contractus, qui per necessitatem concernunt humanum commercium, cui quasi à natura insitit fuit, omnibus gentibus communes, ut permutatio, commodatum, emptio, & venditio, & similes, quod per necessitatem non procedit in dote, sine qua dari possunt & dantur matrimonia, idcirco potius dicendum est huiusmodi dotium contractum non jure gentium generali originem esse, sed aliquarum gentium particularium moribus & usum, ita dicto ad differentiam juris scripti Romanorum, à quo formam, seu modum accepit; & consequenter apud omnes receptum ac indubitatum est, & jure positivo minus, seu moderari, quinimò et in totum tolli posse, itat de potestate statuentium circa huiusmodi leges dotium moderatorias dubitandum non sit; si enim magis communis ac recepta statuit, etiam legitimam per statuta misit, imò etiam in totum tolli posse, cum tamen hæc magis à jure naturali, vel jure gentium primævo originata videatur; hinc proinde fortius idem dicendum est de dote, quæ ut dictum est non apud omnes gentes, & nationes in usu fuit.

Solum de huiusmodi legum validitate aliqua dubitatio habita fuit quod matrimonium, cuius libertatem tales leges restringere videntur, ut censuit Hippolytus de Marfil. singul. 589. quem simpliciter refert, & sequitur Pascal. de par. potest. part. 2. cap. 2. nu. 29. atque dubitant cæteri, de quibus apud proxime allegandos; verum hæc dubitatio utpotè nulli juris, vel rationis fundamenta innixa; communi calculo rejecta est, ut cæteris relatis probant Bacz. de non meliorando cap. 1. nu. 1. & per tot. Molina de iure nuptiarum lib. 2. differentia 7. numer. 20. Boss. de matrimonio cap. 11. numer. 250. & pro absoluto habuit Rota dec. 117. part. 1. divers. magisque de plano comprobant dicte Apostolicæ Constitutiones Clementis VII. Pii V. & Sixti V. dum Summus Pontifex qui est supremus ac major libertatis matrimonii defensor, talem legem non ederet, vel confirmaret, si dicte libertati præjudicaret, & latius infra disc. 143.

Quinimò huiusmodi leges esse nedum validas, sed etiam rationabiles, ac Reipublicæ utiles & proficuas, proindeque favorabiles; firmant Bacz. loc. cit. nu. 5. Fontanell. ibidem Giurb. ad consuetud. Messanem. cap. 4. glof. 7. part. 1. in principio. Leotar. de usur. qu. 30. nu. 69. Rota dec. 117. n. 5. & per tot. part. 1. divers. dec. 160. n. 6. & 172. nu. 13. cum seq. part. 8. recent. & disc. 143.

Firmata igitur hæc inspectione, quod scilicet huiusmodi lex, eam etiam capiendò tanquam Statutum merè laicale esset favorabilis civilibus, in quorum gratiam huiusmodi leges ordinari solent, in quorum gratiam huiusmodi pro Brunetta disc. sequenti, pro absoluto exinde infererem ad quartam inspectionem, ut scilicet etiam Clerici, & Ec-

clesiastici possint habere huiusmodi Statutorum usum activum, non in ratione subiectiva, seu coactiva, sed in ratione favorabilis ac privilegiativa, cum communis ac receptissima propositio sit, Clericos, & Ecclesiasticos habere usum activum Statutorum laicalium in ratione favorabilis, & privilegiativa. Abb. in cap. Ecclesia S. Marie nu. 37. de consuet. ibique Felin. nu. 31. Suid. con. 301. nu. 24. Grass. de effectibus Clericatus c. 2. nu. 43. Adden. dec. 27. nu. 24. Rota dec. 251. n. 8. part. 8. rec. & 231. n. 12. & seq. part. 10.

Itaque duplicem habet vivam rationem ipsi Ecclesiastica immunitati favorabilem; unam nempe quod clericatus tanquam favor ac privilegium non tollit civilitatem, neque deterioris conditionis facere debet cives illum habentes, quam eo carentes, quoniam ita continetur potius odium ac præjudicium, itat in proposito, deterioris conditionis essent Cardinales, & Episcopi, alique Ecclesiastici, quam mercatores, & artifices; alteram verò fortio-

riorem, quia una ex majoribus questionibus vertentibus in materia immunitatis inter Ecclesiasticos, & sæculares, seu civillitas, & canonicitas, est circa æqualitatem, vel inæqualitatem; siquidem laici dicunt, quod sicut clerici non subduntur subiectione passiva Statutis, & legibus laicalibus, ita neque sub eis comprehenduntur in parte activa, & favorabilis ob æqualitatem servandam, quod tamen negant Ecclesiastici, asserentes in hoc consistere immunitatis privilegium.

Quidquid autem sit de dicta questione, hoc unum est quod in præserti sequeretur totum oppositum, quoniam ita Clerici non haberent usum activum ac favorabilem; e contrario autem sentirent latium legum damnum, & incommodum, quoniam si dotes laicis constituntur, in sensu dictarum decisionum, ad illarum solutionem cogi possunt, & converso si ex eadem dotium causa essent laicorum creditores, illos ad solutionem excessus cogere non possent coram suo iudice laico, qui absque dubio proprias leges laicales cum suis subditis attenderet, quamvis laici cum clerico, & non subdito contraxisset, quia non potest subditus sprete lege sui Superioris, contrahere cum non subdito, Feder. de Senis conf. 85. sub num. 4. Grass. de effect. Clericatus. c. 2. n. 191. Sperell. dec. 110. num. 4. apud quos concordantes; idcirco ex huiusmodi opinione per aliquos recentia in gratiam immunitatis Ecclesiasticæ ac privilegii clericalis, ita de plano resultant utriusque odium, & præjudicium, & sic totum oppositum ejus quod volumus est.

Hinc solido ac pro meo iudicio irrefragabili fundamento, decisiones non negando prædictam conclusionem de usu activo, & privilegiativo, respondendo id procedere in Clerico, vel alias exemplo, qui ab initio contractus declaravit velle uti Statuto laicali, secus autem quando id tunc non declaravit, cum ita potius declarasse censetur nolle uti, & consequenter licitum non est ad illud recurrere quando convenitur, ex autoritate Lamberteng. de contrah. glof. 2. verb. mulierum n. 58. & Rota in Senogallien. fructuum censu 1644. coram Ghislerio.

Verum hæc responsio contruere quoque videtur ex defectu applicationis dicte propositionis ad factum, Lambertengus enim loquitur de solemnitate statutaria, que in ipso contrahendi actu adhibenda est, ut frequentius esse solent illa intervenit iudicis, & consanguineorum; tunc etenim duæ contrahendi viæ, seu formulae habentur; una de jure communi, altera de jure statuario; unde rectè dici potest, quod clericus non adhibendo formam statuariam, noluerit illa uti, sed altera gadendo libertate contrahendi sibi de jure communi competente absque his vinculis. atque in hoc admittendam veram dictam doctrinam, penitus tamen negabam ejus applicationem ad casum, cum non ageretur de solemnitate adhibenda in ipso actu contrahendi.

Quinimò ex hoc potius deducebam in dotante deficientem voluntatem, quod scilicet consensu legis moderatorie annullantis actum, ita in excessu potius nugari voluerit, ac non habere animum contrahendi, Mantie. de tacit. lib. 3. tit. 10. nu. 22. & seq. Et ex qua ratione prodiit resolutio in Rota, & Curia hodie passim recepta, ut ex contractu nullo ob defectum solemnitatum, neque naturalis obligatio resultet, idcirco conscientiam non afficiat, ex deductis dec. 80. n. 12. & seq. p. 10. rec. & dec. 98. n. 17. & seq. p. 11. ubi concordantes, atque reponitur contrariis; ad quod mirificè conferre observabam eam ponderationem, quod tunc Rota, & Curia constanter tenebant, ut Statuta Urbis tanquam Papalia indistinctè omnes obligarent etiam Ecclesiasticos, idcirco ad regulandam voluntatem contrahentium, attendenda

17
18
19
20
21
22
23

denda est opinio, quæ tunc tenebatur, non autem opinio nova moderno tempore tenta, ut ex deductis apud Orthob. dec. 25. n. 12.

Demum his omnibus cessantibus, ponderabam quoque deficere actionem in creditore tanquam laico ac subdito, cum lex non solum prohibeat promissionem, vel solutionem, sed etiam receptionem, ibi, promittere, & pagare s' oviereve; verum de hoc motivo dubitabam, quoniam eadem lex exipit casum, in quibus promissiones fierent à Baronibus, vel exteris sub ea non comprehensis; ac etiam quia dum lex prodiit in gratiam subditorum, istis tantum suffragatur, nam alias contra eos retorqueretur, ex his quæ habentur disc. sequenti, idcirco punctum fortiolem cogitabam esse in Ecclesiasticorum comprehensione favorabilis ac privilegiativa ut supra.

Fuit etiam in eadem causa disputatum de fide probante instrumenti, cujus vigore agebatur, dum non reperiebatur originale, sed simplex copia collationata, quæ ex tunc in actis relicta fuerit, rehabito instrumenta publico producta; sed dictum fuit talem copiam sufficere ob concursum multorum adminiculorum, de quibus præsertim in prima decisione; atque mihi videbatur, quod in hoc bene diceretur, stantibus adminiculis; aderat etiam motivum præscriptiois crediti, vel saltem actionis, sed hoc extra materiam dotalem, de qua in hoc proposito Statuit, vel legis moderatorie factus infra, dicto disc. 143.

S U M M A R I U M.

- 1 De Sixtina, & aliis legibus, & statutis dotium moderatoriis.
- 2 An Clerici possint uti statutis laicalibus.

ANNOT. ADDIS. XXII.

- 1 De Legibus, & Constitutionibus dotium reformatoriis agit in his discursibus, & de eadem materia latius, magisque ex professo infra, disc. 143. ac etiam in hoc tit. disc. 212. ubi an obtineatur derogatio post solum matrimonium.
- 2 De alio autem puncto, an Clerici, & exempti possint uti statutis laicalibus ad favorem in ratione privilegiativa, de quo eod. disc. 22. & 143. agit disc. 112. de jurisdict. in hoc tit. & in aliis ibi enunciatis.

ROMANA SEU NEPESINA DOTIS, PRO CRESCENTIA BRUNETTA, C U M N.

Casus resolutus per A. C. pro Crescentia.

De Constitutione Sixtina dotium moderatoria, an locum habeat in muliere forensi nubente civi, vel incolæ Romano.

S U M M A R I U M.

- 1 Constitutio Sixtina dotium moderatoria non habet locum in mulieribus forensibus nubentibus viris Romanis.
- 2 An ista lex adversetur libertati matrimonii.
- 3 Derogatio dicte legi passim conceditur, & nemini denegatur.
- 4 Et in derogatione non attenditur vitium subreptionis, vel obreptionis.
- 5 In taxanda congrua dote non habetur ratio de dicta constitutione, cujus denegatio utpote nemini deneganda supponitur.
- 6 De casibus, in quibus leges dotium moderatorie non procedunt.
- 7 De alio casu super statuto moderatorio Spoletis.
- 8 Quomodo materia subreptionis regulanda sit.

D I S C. XXIII.

Crescentia Brunetta vidua Nepesina, nubens N. Marcano, dotem ei constituiturum circiter 10. mill. unde dissoluto matrimonio per mortem viri, atque volente muliere illius bona retinere pro dote, & lucro, successores ex substitutione facta unico filio superstiti in pupillari etate defecto, juriu confessionem reportare curarunt à Camera Populi, cui, seu fabricæ Capitoline. Constitutio. 59. Sixti V. dotium moderatoria applicatam penam exemptionis dotis constituta ultra summam ibi præscriptam scutorum 5300. exindeque lite coram A. C. introducta, scribens pro

Card. de Luca, Lib. VI.

Brunetta dicebam casum esse pro ea planum, qualem etiam judex censuit, quoniam Rota alia occasione disputato formiter articulo firmaverat, istam Constitutionem utpotè in gratiam, & favorem civium editam, non complecti casum, in quo mulier forensis nubat civi, vel incolæ, cum ita isti non dicantur depauperari, sed ditari, atque Civitas magis repleri divitiis ab extra venientibus, nam alias esset retorqueri in odium ea, quæ inducta sunt in favorem, contra verisimilem Papæ intentionem, ut firmatur dec. 160. & 172. part. 8. rec. & dec. 175. part. 9. ac etiam in Romana dotis 26. Maji 1663. coram Verospio edita in causa dotis de Anguillaria, hoc eod. tit. ad materiam lucris disc. 128.

Et quamvis obitare videantur verba ejusdem Sixtinæ, quæ exigit unum ex contrahentibus esse civem, ibi, perche uno delli consortista Romano. Et clarior ibi, stano compressi Baroni, Cortegiani, & Forastieri, che apparenter anno con Romani, tanto dando, & promettendo, quanto ricevendo, & stipulando; nihilominus ponderata dicta ratione, ex qua resultat statuentium, seu Pontificis verisimilis intentio, verba prædicta intelligenda sunt discretivè eodem themate retento, quatenus scilicet civis, vel incolæ gravetur, non quatenus releverit.

Attenta verò hac intelligentia, mihi ad veritatem reflectenti, difficultatem inferebat, quod ita fortè considerari posset restrictio libertatis matrimonii, quam adversus huiusmodi leges moderatorias ponderat Hypol. de Marfilis singul. 589. & de qua disc. precedenti, quoniam viri, cives, vel incolæ, scientes pingues dotes ab exteris, habere posse, à Romanis vero non nisi exiguas, ita puellæ cives omnino spernerent, unde istæ viduitatem pati cogenter, atque difficultas esset considerabilis, nisi eam removeret responsio, quod scilicet dicta Sixtina adhuc hodie vigeat, itat si contra ejus formam excessiva dos constituitur, contractus de jure censura sine dubio reputetur invalidus, nulliusque actionis productivus, ut sæpius pro absoluto firmavit Rota, præsertim in dicta Romana dotis de Anguillaria coram Verospio, attamen de facto videtur huiusmodi moderatio merè ceremonialis, & quasi ab Aula recessa, stante facilitate obtinendi derogationem, quæ ex Constitutione Innoc. IX. etiam gratis concedenda est, ac nemini denegatur, ut ponderatur in Romana dotis 29. Januarii 1652. coram Verospio dec. 213. p. 11. rec. ubi etiam firmatur, quod stante facilitate Papæ super huiusmodi concessione, necessaria non est justificatio causæ ibidem narratæ, neque intrat defectus subreptionis, vel obreptionis, cum etiam causa non narrata, vel ea narrata non vigeat, adhuc gratia concessa fuisset, ut etiam advertitur hic infra in alio casu, & latius disc. 143.

Unde propterea, ut sæpius habetur hoc tit. & in illo de feudis ad materiam Bullæ Baronum, in taxa dote congrua, nulla ratio hujus moderatorie habetur, sed proceditur cum regulis juris communis, attentis scilicet qualitate personarum, quantitate patrimonii, more generalis regionis, & consuetudine particulari familiae, cum præsupposito tamen huiusmodi derogationis impetrande, & habetur de disc. 143. & 144.

Quæ impetratio tamen ob nimiam dicte Constitutionis generalitatem, omninò necessaria est in quibuscumque casibus, etiam in illis, in quibus alias de jure, ubi huiusmodi lex simpliciter majores dotes dari prohiberet, non procederet, prout est casus, in quo mulier non ab alio dotaretur, sed dives, ac de bonis propriis bene provisa se ipsam dotaret, ut in specie Bacz. de meliorando dicta qu. 18. in princ. Prout quando majorem dotem constituere opterret pro compensando aliquem defectum, seu inæqualitatem naturalem, vel accidentalem ratione deformitatis, corruptionis, ætatis, ignobilitatis, & similibus, quoniam illud plus ex huiusmodi causa datum, in effectu non est voluntaria, & sumptuosa dos, sed necessaria, & correctiva compensatio, ut patet in specie Bacz. ubi supra, c. 17. n. 8. & 17. Acevedo ad lib. 5. recopilationum, tit. 2. l. 2. n. 11. fol. 36. led ob hujus Sixtinæ amplitudinem servat praxis, quod indefinitè obtinentur derogationes, neque unquam dedit casus in Curia, quod sciam, ex huiusmodi causis absque derogatione excessivam dotem canonizatam esse, præsertim verò ex prima limitatione, cum constituto in verbis contrarium disponere videatur, ponderando casum, in quo ipse mulier esset hæretes, secundam verò limitationem in casus occurrentia forsitan probabilis esset substinere, quoniam ratio in qua fundatur, satis urget.

In proposito item huiusmodi Statutorum moderantium dotis taxam disputavi pluries, præsertim in una Spoletana ex pro Panuntia Costa, & Sifinio Polo conjugibus, cum Andrea Costa,

Costa, in cuius casu pretendebatur nullitas constitutionis dotis in excessu ultra summam taxatam a Statuto, seu Pragmatica Civitatis Spoletae, non obstante derogatione Apostolica concessa per Urbani VIII. ex eo fundamento quod dicta derogatio loqueretur de dote constituenda, & pro futuro matrimonio, idcirco invalida remaneret, ex eo quod matrimonium iam esset contractum, ac dos jam constituta, idcirco deducebantur ea que pluries habentur sub tit. de feudis circa assensum, seu beneplacitum concessum super futuri alienationibus feudorum, vel bonorum iurisdictionalium, ut non suffragaretur quoad alienationes iam factas cum similibus, verum scribendo pro dictis conjugibus coram A. C. cum sensu etiam veritatis, qualem etiam iudex agnovit, dicebat obiectum nullam habere substantiam, tum quia ipsius Indulti Apostolici contextus clare probabat in Papa explicitam scientiam eorum que precefferant, dum in eadem derogatione conceditur absolutio a penis in eadem Pragmatica contentis, in quas partes incurrisissent ex precedente gestis; tum etiam ob eandem inconclusionem, de qua supra, iuxta dictam dec. 213. part. 11. recent. quod scilicet, cum in hac materia, non curata causa, tales derogationes passim concedantur, hinc proinde non intrat defectus subreptionis, quae continere dicitur questionem facti, & voluntatis potius quam iuris, idcirco dicitur materia arbitraria, in qua pro iudicis prudenti arbitrio indaganda est verisimilis Principis voluntas, an fuisset concessurus, vel denegaturus, si expremis, vel respectivè tacitum fuisset id quod obijciunt, iuxta ea que ceteris relatis habentur apud Gregor. & adden. dec. 150. dec. 83. nu. fin. par. 7. recent. & frequenter; voluntas autem Papae faciendi eandem concessionem quando diversimodò narratum fuisset, certa videbatur, nedum ex dicta consuetudine nemini denegandi; sed etiam quia derogatio concessa fuerat in gratiam sponsi, qui erat ex fratre nepos Cardinalis Populi tunc Apostolici Palatii Praefecti, ejusque intimi nimirumque benevoli familiaris, unde propter idem Papae erat de omnibus gestis bene conficius, & consequenter omnis subreptionis suspicio cessabat.

ROMANA RESIDUI DOTIS,
PRO AURELIA COSTA,
ET MAURITIO DE ASTE EJUS FILIO, ET
HÆREDE,
CUM PHILIPPO COSTA.

Causa variè decisus per Rota.

Dos in capitulis matrimonialibus, seu apoca dotali constituta, an per subsequens instrumentum inter dotantem, & virum, sine legitimo ipsius mulieris interventu, & consensu minui possit; & quid ubi diminutio sequatur per viam declarationis, quod major summa conventa esset simulatè ad pompam, an talis declaratio præjudicet.

De Constitutione Sixtina dotium moderatoria annullante dotis excessum, an tollat mulieri quodcumque jus ex ejus constitutione resultans, vel potius tale jus habitualiter acquiratur, suspensio, solum, vel impeditur exercitio actionis, donec obtineatur derogatio, ita ut ista retrotrahatur ad ipsum initium constitutionis dotis, non curata intermedia diminutione.

Promissio viri, vel loceri, quod mulier pro summa diminuta non molestabit dotantem, quomodo intelligatur, an scilicet durante solum eo matrimonio, vel semper ac indefinitè.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Plus attenditur veritas, quam simulatio in materia dotis ad pompam constitutæ.
- 3 Dos diminui non potest ex conventionibus inter dotantem, & virum in præjudicium mulieris, cui est jus questivum.
- 4 An agatur de primo casu simulationis, vel de secundo diminutionis, pendet a factis circumstantiis, & quare regula in his datur.

- 5 De circumstantiis ostendentibus esse in casu diminutionis.
- 6 Simulatio in dubio non presumitur, & est probanda.
- 7 Habentis pro se regulam, seu intentionem fundatam in instrumento, sufficit obscurare probationes pretendantis contrarium.
- 8 De Sixtina doto moderatoria.
- 9 Revalidatio actus invalidi operatur ut nunc, & non retrahitur.
- 10 De materia retrotrahitionis ad sum principium.
- 11 Derogatio Sixtina dicitur conditio certe extitura.
- 12 Assensus super officio Romano Curie denegari non solet.
- 13 In contractibus super feudis, vel officiis an assensus retrotrahatur.
- 14 De eadem materia retrotrahitionis.
- 15 Et nu. 16.
- 17 Feudarius vendens feudum sine assensu, si revocat alienationem, & deinde obtinet assensum, remanet alienatio valida.
- 18 De obtinente confirmationem actus invalidi.
- 19 Actus consueti laborant eodem vitio, quo laborat contractus principalis.
- 20 Pater dotem semel si se constituit licet nulliter, non potest eam diminueri, si sequitur cum est matrimonium.
- 21 Et reprobat glos. volens id procedere in dote data tantum.
- 22 Solutio matrimonio, & dote reversa ad patrem, pro nova dote oritur ex nunc novum iudicium officium.
- 23 Dotes taxantur iuxta consuetas circumstantias de jure considerandas, non curata Sixtina doto moderatoria.
- 24 An dos semel constituta pro certo matrimonio, sed non effectuato, possit minui.
- 25 Quid ubi constituta, vel relicta est pro matrimonio in certo.
- 26 Heres etiam in invidiosis ex propria persona competentibus non potest venire contra factum defuncti.
- 27 In factis individuis an potest contra unum ex pluribus heredibus in solidum, idcirco in actione reali.
- 28 De ratione, ob quam heres licet beneficiatus teneatur servare factum defuncti.
- 29 Obligatio in demeritis viri, vel soceri ad favorem dotantis intelligitur durante jure suo, & sic durante matrimonio.

D I S C. XXIV.

Sub die 24. Decembris 1616. conclusum fuit matrimonium inter Carolum de Aste, & Aureliam Costam, atque relevato Beneplacito Apostolico super dotis excessivitate, Octavius Aurelius pater Joanni Baptistæ Caroli absentis patri, & pro eo stipulanti constituit dotem centum 16. mill. auri; deinde vero sub die 29. Martii proxime sequentis anni 1617. inita fuit apocha privata inter prædictos Octavius, & Joannem Baptistam, utroque pater absentis Octavio, per quam declaratum fuit, domi revera esse feudorum 14. mill. auri, reliquos autem 2. mill. fuisse ad pompam, & honorificentiam gratiæ; & sub die tertia Aprilis subsequens obtentum fuit Beneplacitum Apostolicum super hujusmodi excessu, seu derogatione Sixtinae, in quo Beneplacitum dicitur narratur feudorum 16. mill. auri, in quo Beneplacitum dicitur narratur facta, heredes a pingui ejus a se separatis aliis, solos scutos 14. mill. assignarunt dictis conjugibus, per quos exinde motum fuit iudicium contra Philippum Octavii dotantis hæredem pro residuo feudorum 2. mill. auri, & introducta causa in Rota coram Melio, datoque dubio: An dictum residuum deberetur, sub die 8. Junii 1643. affirmativa prodit resolutio, de qua dicitur 198. part. 9. recent. sed concessa nova audientia, in repositione plures excitate fuerunt difficultates, adeoque ista vota, quod causa per novem, vel decem vices absque resolutione proposita, & disputata fuit; demum vero sub die 8. Junii 1654. confirmata fuit dicta resolutio, quod pariter concessa deinde audientia, sequutum fuit in alia disputatione 13. Junii 1657. ut liquet ex tribus decisionibus coram Melio editis, ad quarum formam expedito mandato, & commissa per Signaturam causa appellations in eadem Rota coram Costis, cum clausula, Si quid exequendum, assumptaque disputatione ad instantiam Mauriti dicitur conjugum interim defunctorum filii, & hæredis, sub die 11. Decembris 1658. contraria prodit resolutio, denegans dicti mandati executionem, ex eo fundamento, quod idem Mauritus actor esset etiam hæres dicti Joannis Baptistæ avi, qui in

mentionata apocha promiserat Aureliam, & Carolum perituros non esse residuum prædictum, cum amplissima obligatione indemnitate, quam econverso Octavius ad favorem Joannis Baptistæ fecerat, in eventum, in quem dicti conjuges, vel eorum alter ipsum, vel ejus hæredes pro dicti residui restitutione molestarent, quasi quod agenti obfleret exceptio deducta ex text. in l. vindicantem, ff. de evictio. & in l. cum a maris, Cod. de rei vindicac. dictaque resolutio in nova repositione coram eodem Cerro confirmata fuit sub die 5. Junii 1660. ut liquet ex decisionibus desuper editis, atque in hoc statu absque ulteriori persecutione causa pendet.

Distinctè igitur examinando utriusque puncti merita, dicendum est respectivè decisionum substantiam; quatenus pertinet ad primam controversiæ speciem, an scilicet dictum residuum feudorum 2. mill. diminutum deberetur necne, punctus est potius facti quam juris, an scilicet declaratio in prædicta apocha contenta, capienda esset in specie declarationis, seu probationis veritatis ab initio preexistens, vel potius in specie reductionis, seu diminutionis illius dotis, que jam verè constituta erat; in primo enim punctu, nullum juris dubium cadit, quoniam veritas potius quam simulatio attendi debet, ut in rubr. & nigro, plus valere quod agitur, quam quod simulatè concepitur, & in specialibus terminis dotis majoris ad pompam simulatè post alios allegatos, Crivell. decif. 48. Buratt. decif. 775. Duran. decif. 98. Maceraten. census 18. Februarii 1641. Rojas interitus decif. 125. Altograd. conf. 5. num. 5. & seq. lib. 1. & ceteri concorditer, quia supposito facto nullum cadit juris dubium.

Econverso autem ubi, cessante probatione simulationis, declaratio prædicta capienda esset potius in specie novæ conventionis super diminutione, pariter de jure certum est, id fieri non posse inter dotantem & coeternum, quinimò & virum in præjudicium mulieris a juris eadem questio, ad text. in l. cum de off. de part. dotal. in l. Attilianis, cum duobus seq. eodem titulo. Ripa in l. 1. num. 88. ff. solut. matrim. Franch. decif. 205. Pontanell. de pact. claus. 7. glof. 3. part. 12. num. 59. & seq. Staiban. resolut. forens. 2. num. 13. cum seq. & ceteri communiter latius congesti in prædictis hujus causæ decisionibus coram Melio, atque admittunt omnes superius allegati, quoniam, ut dictum est, tota est questio facti, nulla vero juris.

Idcirco ad dictum factum restricta disputatione, istius conficius erat in præsumptionibus, verisimilitudinibus, & adminiculis, quæ hinc inde deducebantur in magno numero, & super quibus certa determinataque juris regula dari non potest, cum in conjecturalibus totum pendat a prudentis iudicis arbitrio ex individuum calium circumstantiis in simul unitis regulando, dum ut frequenter habetur sub tit. de hæredicomm. sæpe contingit, ut eadem ac minores conjecturæ ob personarum, locorum, vel temporum circumstantias, in uno casu abundant, & in altero eadem ac majores non sufficiant.

Probabilis tamen in hac facti specie apocha prædicta in secundo sensu diminutionis potius sumpta fuit; tum ex notabili intervallo temporis quoniam ferè mensium contra omnem verisimilitudinem & communem usum, dum hujusmodi apocæ declarationis veritatis, vel præcedere solent, vel confici eadem die, ut habetur apud eosdem, Crivell. Buratt. & alios in contrarium supra allegatos; tum ex alia verisimilitudine nullum adhibendi testem, cum tamen soleant in hujusmodi conventionibus adhiberi iidem testes apocæ, vel instrumenti dotalis, vel altem mediatores, & communes amici, sine quibus hujusmodi tractatus ad conclusionem reduci non solent, inspecta præsertim qualitate, tam Octavii dotantis, quam Joannis Baptistæ soceri, qui ambo erant viri diligentissimi, ac peritissimi negotiatoris, pluribus etiam aliis adminiculis concurrentibus magis proximis, cum alia in contrarium essent magis remota, & generalia.

Et nihilominus dicebam, huic parti conjugum, pro quibus scribentibus in ultimis disputationibus, in quibus procedunt posteriores decisiones anni 1654. & 1655. non incumbere onus probandi conjecturam, & adminiculorum præponderantiam, cum ipsi haberent intentionem fundatam in instrumento dotali, quod absque aliis adminiculis sufficit ad faciendam probationem probatam, donec elideatur per contrarias probationes simulationis in dubio non presumende, sed per allegantem probande, Greg. & adden. decif. 195. & 409. & ceteri per Farinac. quest. 162. num. 142. & seq.

Card. de Luca, Lib. VI.

Idcirco dicebam, vel conjecturas & adminicula urgentia pro hac parte prævalere deberent tanquam instantia pro veritate, Greg. decif. 162. nu. 12. decif. 677. num. 2. par. 2. decif. 24. num. 20. & 160. num. 17. part. 7. recent. vel sufficere etiam essent minores, ut destruant, seu debilitent contrarias conjecturas, & adminicula simulationis, ut istis ita conquisitis, vel debilitatis, dubia, seu imperfecta remaneat probatio allegantis limitationem, quam alteri parti habent pro se regulam offuscare sufficit.

Major autem disputationis eardo in hujusmodi causa fuit super puncto juris per alteram partem excitato ob constitutionem 59. Sixti V. dotium moderatiorum, ac annullantium quamcumque conventionem in excessu ultra summam taxatam feudorum 5500. Ex hoc enim pro ea scribentes inferebant non intrare terminos textus in d. l. Attilianis, cum concord. quoniam de tempore apocæ ob adhuc non impetratum beneplacitum Apostolicum super dicta Sixtina derogatione, nullum jus mulieri questivum erat, sed res erat integra.

Quamvis autem ex hac parte responderetur hujusmodi defectum sanatum esse per derogationem postea obtentam pro tota summa ab initio conventa feudorum 16. mill. Replicabam tamen hujusmodi derogationem operari ex nunc, idcirco retrotrahi non posse in præjudicium juris medio tempore alteri questivi, cum hæc sit natura ratificationis, vel quædamque alterius revocationis actus invalidi, quod operetur ex nunc, non autem ex tunc, & cum retrotrahitione, Afflic. decif. 286. Surr. decif. 69. & 245. ubi addend. Salgad. in l. brynth. part. 2. cap. 10. n. 58. & cap. 21. n. 53. cum seq. & ceteri communiter.

Restituta igitur potissimum disputatione ad hunc punctum retrotrahitionis, mihi videbatur, cum iustitia fundamentum, istam admittam esse, cum dotis constitutio non esset pura, & simpliciter facta, sed cum expressa reservatione dictæ derogationis, ad quam obtinendam dotans expressè se obligaverat, unde dici non poterat, quod versaremur in casu conditionis voluntariæ, in qua certa juris regula est non dari retrotrahitionem in præjudicium tertii, cui medio tempore jus questivum esset; sed versabamur in conditione casuali, vel mixta, dum agebatur de facto dependente a voluntate Principis, in qua specie conditionis dicendum est dari retrotrahitionem etiam in præjudicium tertii, cui medio tempore jus questivum fuit, cum interim actus habere dicitur quædam implicitum statum validitatis, ad text. in l. 1. & l. qui balneum, in princip. & l. ff. qui potiores, in pig. habentur, ubi scribentes in proximis terminis plene deducit per Salgad. in l. brynth. part. 2. cap. 20. ex num. 1. & num. 2. cum seq. Surr. decif. 245. num. 8. & 9. Spad. conf. 206. num. 6. cum seq. lib. 2. Rota coram Gregor. dec. 227. & firmant ceteri in duabus posterioribus causis decisionibus coram Melio relati.

Multo magis dum agebatur de conditione omnino extitura, & cuius purificatio tanquam pro certa ab initio haberi poterat, dum Papa hujusmodi derogationis nemini denegat, unde ut alias dictum habetur, iudices, & tribunalia, non obstante dicta prohibitione, solent passim taxare dotes in ea majori summa, quæ inspecta qualitate personarum congrua videatur; dilata solum executione post obtentam derogationem quodammodo hodie ceremoniale tantum, ut potè omnibus absque difficultate concedi solent.

Replicabant scribentes in contrarium, quod si hoc ita procederet, sequeretur, quod cum in alienationibus, vel obligationibus feudorum emptiorum, ut præsertim fuit illa Regni Neapolis, Rex non solet denegare assensum feudatario habenti successorem, quinimò cessante iusta causa, neque de iustitia possit, prout etiam in officiis emptiorum Romanæ Curie non habentibus admixtam iustitiam administrationem, Papa non solet denegare assensum super alienationem, vel obligatione per viam reservationis decreti; sequeretur exinde, quod habent feudum, vel respectivè officium, sufficeret illud vendere, vel hypothecare cum assensu reservatione ac obligatione obtinendi, ad effectum ut eo obtento actus revalidetur cum retrotrahitione in præjudicium ejus, qui medio tempore valide contraxit; & nihilominus in contrarium est magis communis ac recepta opinio, quam praxis servat, ut revalidatio non retrotrahatur, sed secundus emptor, seu creditor valide, & cum assensu contrahens preferatur primo, quoniam anterioritas desumitur ex assensu, qui dicitur animare, seu informare actum ex illius tempore regulandum, ex deductis per Franch. dec. 86. Salgad. dicta part. 2. cap. 20. num. 34. cum seq. Roach. respons. 53. lib. 1. per quos responderetur Capyc. & Afflic. contrarium scribentibus, & ha-

& habetur pluries ad materiam officiorum sub tit. de Regali- bus; præterim disc. 4. & 10.

Duas tamen dabam responsiones per Rotam admittas, præferim in secunda decisione & Junii 1654. Primò nempe, non esse patrem utriusque casus rationem, quoniam hic agitur de solo accidentalit, & extrinseco impedimento personali; in feudis autem, Officiis, Beneficiis, & similibus, agitur de impedimento intrinseco rei. postea extra commet- cium abque prævia Principis voluntate, sine qua nullum jus, neque in re, neque in spe quæritur, ei, cui per privatum sit cessio; verum hæc responsio non videbatur tuta; quoniam si habens impedimentum personale illum inhabilitans ad contrahendum, nulliter agat, deinde vero cum solemnitatibus contrahat ad favorem alterius, atque post istum secundum validum ac perfectum contractum, sequatur primi revalidatio, hic non retrotrahitur in præjudicium ejus, cui medio tempore jus quæsitum fuit, quoniam hic secundus in effectu dicitur primus, qui jus quæsitum, Surd. dec. 245. Hodiern. ad ipsum dec. 70. & non semel habeat sub tit. de feudis, præferim in Romana restitutionis pecuniarum de Castarellis ad materiam Balle Baronum, disc. 578. & in aliis, ac etiam sub tit. de empty, & in ab altero de contractibus in genere.

Tutior erat altera responsio, ubi magis adhæret ultima decisio anni 1567, quod scilicet præmissa difficultas retrotra- ctionis cadit quoad tertium, cui medio tempore jus quæsitum esset, vel per bonorum alienationem, vel per hypothe- cam etc. Ubi verò agitur de solo præjudicio ipsiusmet ab initio contrahentis, nihil refert, an actus sublineatur ex tunc, vel ex nunc, quamvis medio tempore voluntatem revocasset, dum deinde revalidationi consensum præbit, Surd. d. dec. 245. nu. 8. Hodiern. disc. 70. nu. 4. ut bene Ursill, ad Afflic. dec. 335. nu. 8. cuius doctrinam veram esse, rejectis contrariis, firmat Apont. dec. 6. nu. 4. ubi quod si feudarius vendit feudum sine assensu, deinde revocat alienationem, & postea obtinet assensum, alioque actus approbativos alienationis gerit, alienatio dicitur valida, tanquam subla- to impedimento intermedia revocationis, à qua censetur recessum.

Ad quod etiam consert Bald. consil. 475. n. 3. lib. 1. quod si factu actu nullo, deinde partes obtinent confirmationem, ille valet, quia videtur ita demum contrahere; quodque nova voluntas sufficit pro validatione primi actus invalidi, Manric. dec. 57. nu. 7. Millin. dec. 115. n. 5.

Et licet scribentes in contrarium satis insisterent in eo, quod impetratio derogationis, alique actus approbativi primæ constitutionis dotis in tota summa essent consequuti- vi, proindeque laborarent eadem infirmitate, quamvis essent mille; replicabam tamen hanc esse veram conclusio- nem, quoties dicta apoca capiendi esset in altero sensu de- clarandi, seu probandi simulationem ab initio, quæ postea, tanquam ex deficiente voluntate, omnes actus consequuti- vi eodem morbo laborant, & in his terminis procedunt au- thoritates hujusmodi conclusionem firmantes, secus autem ubi à principio adfuit voluntas, deinde revocata ob facultatem ex defectu solemnitaris competentem, quoniam ejus- dem solemnitatis adhibitio dicitur nova voluntas reversiva ad primam, & contrariæ intermedia revocatoria.

Præterea observabam, omnes hujusmodi difficultates non improbabiles procedere posse in extraneo ex mera volun- tate dotem constitutente, cuiusmodi effectus nullum revo- care, itaut non data nova voluntate revocatio subsisteret, quasi quod sciens suam promissionem non esse obliga- toriam, nugari voluerit; ut est dictum supra in Romana pecuniaria, seu dotis de Sanctæruce disc. 22. Secus autem est in patre de jure ad filium dotandam, cui dotem jam constitutam occasione certi determinati matrimonii, non solum in eo durante, sed etiam postea, ac post secundo ma- trimonio, non data statim immutatione, nullatenus dimi- nuere licet, quamvis ob defectum non impetratae deroga- tionis levis moderatio conjuges non habent actionem in judicio experibilem, quoniam talis constitutio, etsi non cõt tamen deservit, ac suam operationem facit per declara- tionem taxæ, quam semel factam amplius diminuere non potest, ut in anst. sed quædam, C. de rei uxor. action. qui late expenditur à Boss. de dot. cap. 2. num. 106. Fontanell. de part. 2108. claus. 5. par. 1. n. 41. cum seq. ubi communiter scri- bentes.

Licet enim gloss. ibidem intelligat illam taxam in dote data tantum, non autem in promissa; attamen commu- niter reprobatur, quoties matrimonium effectum habuit,

ut advertunt Salicetus ibidem n. 5. Boss. disc. num. 106. in fin. & alii apud Dec. conf. 35. quod reputatur in materia magi- strale, & cum eo ceteri tran- cunt, ut per Barbol. in l. post dotem, ff. solut. matrim. num. 3. Baczz. de non nuptial. c. 16. numer. 12. Palchal. de patria potest. & ceteri, de quibus infra, & admittit Rota dec. 299. numer. 5. & 6. part. 6. recent.

Qui DD. loquuntur in terminis fortioribus, dotis scilicet constituta pro primo matrimonio, per ejus dissolutionem revertit ad patrem, itaut prior constitutio, ex magis communi ac vera sententia, quam cessante perfecta dona- tione Rota sequitur, fit omnino resoluta, & filia non com- petat, nisi novum iudicis officium ex nunc pro novatore constituenda, Merlin. de lesit. lib. 2. tit. 2. quæst. 10. num. 11. Duran. dec. 153. num. 3. Rota dec. 708. part. 1. recent. dec. 124. num. 7. part. 4. dec. 108. num. 9. cum sequent. eadem par. 4. tom. 2. & dec. 299. part. 9. Multò magis ubi durat idem matrimonium, pro quo talis constitutio facta est, tunc enim casus est longè fortior, atque de illo nemo dubitat, quia non solum adesse dicitur jus lucrativum filie petentis sibi non diminui dotem aliàs constitutam, sed jus onero- sum, seu correceptivum viri, qui aliàs matrimonium sine tanta dote non contraxisset, unde casus est indubitatus; longè etiam fortior est eo, quod in dictis terminis auth. sed quædam, sibi scilicet semel constituta dote pro matrimonio effectuato ac soluto, agitur de nova dote pro nuptiis con- stituenda, prohibetur ejus diminutio, nisi iusta causa dimi- nutionis personarum, facultatum, vel alia similis in- tercedat, qua concurrente rectè fit diminutio, Boss. & Fontanell. locis supra citatis, quod tamen dici non potest durante eo matrimonio ob interesse viri aliàs non con- trahentis.

Et ex hoc præferim fundamentum non diminuenda taxæ semel factæ, iusta ac satis fundatæ vise fuerunt dictæ reso- lutiones; si enim iudices ac Tribunaia, patentes, vel alios de jure dotare obligatos, quamvis non contententes, abs- que tali derogatione condemnant ad taxam eis congruè vi- sam, differendo solum executionem post dictam derogatio- nem tanquam conditionem certò extituram, ut præferim practicum fuit in Romana dotis tit. disc. 1. multò magis jus dotandæ quæsitum dicitur ex voluntaria constitutione, ut etiam non obtenta tali derogatione sit irrevocabilis, vel diminutionem pati non valeat.

Ad eò siquidem taxæ per patrem semel constituta defer- tur, ut minui non possit, quod Dec. disc. conf. 35. & cum eo tranfentes, Palchal. de patria potest. part. 1. cap. 4. ex num. 69. Mosell. ad consuetud. part. 9. quæst. 2. ibidem de Marin. resolut. quæst. 92. lib. 1. cum aliis per Boss. ibidem velint id procedere, quamvis dotis constitutio facta esse pro matrimonio deinde non effectuato, itaut revera des- nunquam suam titulum ac essentiam habuerit, cum utram- que recipiat à matrimonio.

Quinimò Palchal. ubi supra, n. 94. ex Crot. in l. qd constan- te, secunda lectura, nu. 19. ff. solut. matrim. dicit, quod si pater in testamento, etiam non pro certo, & determinato matri- monio dotem filie in certa summa relinquit, non possit am- plius eam minuire, quamvis testamentum revocaret, & Boss. ubi supra refert d. Auth. procedere etiam si filia iterum non nubat, sed ingrediatur Monasterium. Licet utraque propositio mihi ex alia occasione videretur minus vera, & a contraria observantia reprobata, utpote nulli probabili fundamento innixa, cum Dec. ac Palchal. & sequaces to- tum delinunt, & principaliter se fundent in perfecta & ir- revocabili donatione dotis, quam pater filie fecerat, quo casu extranei sunt termini tex. in d. Auth. sed quædam, verè loquentis in dote profectitia ad patrem revertita, postea enim donatione non dicitur amplius dos profectitia, sed adventitia de dominio ac patrimonio mulieris, sive nuptialis nubat, sive non; retentis verò terminis profectitæ, hujusmodi assumpta nullum rationis, vel auctoritatis funda- mentum habere videtur, ac esse quodammodo prohibe- re commercium, sive matrimoniorum tractatus contra communem usum, sæpius enim parentes uni viro major- em exhibent dotem, sed eo tractatu non effectuato con- cludunt eam altero cum dote minori, quia sic facti cir- cumstantiæ exigant, ut infra latius ad materiam disc. 2. sed quædam.

Sopita igitur dispositione in prima instantia coram Mel- tio, & expedito ad formam decisionum mandato execu- tivo, atque ut supra dictum est commissa per Signatorem causa appellationis in eadem Rota coram Cerro cum clau- sula, Si quid exequendum, assumptaque desuper dispo- sitione.

ratione sub die 11. Decembris 1658. negativa prodit reso- lutione confirmata 7. Julii 1660. ex eo fundamento, quod cum Mauritus Aurelia interim defunctæ heres, qui pro executione instabat, esset etiam heres Joannis Baptiste avi, qui per dictam apocham promiserat relevare indemnem Octavium à quibuscumque molestiis per dd. conjuges inse- rendis, sibi obstant exceptio doli deducta ex tex. in l. cum à matre, C. de revocand. & leg. vendicantem, ff. de evictio- num jurium dispositionum hodie receptum est proceden- detiam quoad actiones heredi ex persona propria pompe- tentes, quamvis esset munitus beneficio inventarii, quod iura propria præservat, eaque omnino parietur à titulo hæ- reditario divisa, quoniam receptum pariet est, id rectè procedere, quoties heres docto de legitimo inventario, doceat etiam per redditionem rationum se nihil habere in manibus de bonis hereditatis, que interim præsumitur opu- lenta, ubi enim vires hereditariæ suppetunt, regulariter inven- tarium nil suffragatur, cum illud solum præservet à damno, non autem ut heres lucrum faciat, ut bene deducit in dictis decisionibus coram Cerro, & sane quotidiana receptæ dispositiones.

Et quamvis Mauritus actor esset heres Joannis Baptiste in sola medietate, unde propter eam pro scribens dicebam in omnem casum hujusmodi exceptionem obstat debere pro sola ejus virili; responsum tamen fuit, & in hac parte bene, quod cum ageretur de facto individuo non petendi, tunc ad illud, vel agendo, vel fortassis excipiendo, agi potest contra quemlibet insolvidum; tum ex pecuniari natura facti individui, quod præstandum est; tum etiam quia facti adesse dicitur eadem exceptio doli & circuitus; licet enim vera sit conclusio hæredem non nisi pro sua virili conveniri posse, ad tex. in l. 2. C. de hæred. a. non. cum concord. late de- ductis in Arimin. coram Arguell. dec. 413. part. 9. recent. & in aliis; attamen id procedit respectu actionis personalis, seu autem hypothecariæ, vel alterius rei persecuto- riæ, quam ad bona defuncti per unum solum hæredem posse creditor habens hypothecam pro ejus arbitrio exerce- re potest, unde in præfatis Octavium, per ejus heres repli care poterat se vellem actionem experiri ad sola bona Joannis Baptiste pro Mauritium possessa, quod facti in rectè innet dicta exceptio, salvo remanente jure heredi sic repulso, agendi ex beneficio divisionis contra coheredem pro re- integration. Et quatenus perinet ad istas conclusiones, mihi videbatur decisiones esse bene fundatas, sed difficultas erat in applicatione, ob ejus defectum istæ ultimæ reso- lutiones reflectendo ad veritatem non placuerunt, ex cessante scilicet illarum præsupposito obligationis Joannis Baptiste ejusque hereditatis, cum nullatenus essemus in casu dictæ obligationis, ob clamam ac omnimodam incomparabilitatem, sive circuitum inextricabilem, cum enim istæ ultimæ decisiones non impugnetur, sed potius præsuppositivè ap- probare videantur prædictas instantæ præcedentis resolu- tiones sepe integra dote fecit. 16. mill. consequenda per Au- reliam, sequitur exinde quod ita si viveret, et ejus heres, resolutum prædictum ab uno ex contententibus omnino consequi deberet, vel scilicet à patre dotante, vel à locero acceptantibus, seu remittente.

Undè si verum esset dictarum decisionum assumptum, quod Mauritus tanquam heres tam debitoris, quam credi- toris non posset molestare dotantem, quam istæ decisiones præsupponunt liberam; hinc pernecessè sequeretur, quod hereditas Joannis Baptiste restitueri deberet, immò per quandam speciem confusionis restitueret istud residuum quamvis non habitum; quod repugnat conventioni conten- tant in eadem apocha, in qua dotans permittit relevare indemnem sponso patrem ab onere restitutionis ejus quod non recepit.

Ubi enim heres eo quia habeat in manibus bona hære- ditaria debitoris, repellitur ob dictam exceptionem, l. 1. v. 1. at, id non sequitur ex eo quod tale creditum amit- tit, sed ex eo quod potest sibi ipsi satisfacere de illis bonis he- reditariis, que aliis vendere oporteret pro reintegratio- nis erit, qui ab ipso hærede de bonis hereditariis conser- vandus est indemnis, & sic ratione inanis circuitus potest sibi ipsi tota bona hereditaria appropriare jure imaginariæ ditor, atque per talem exceptionem repellitur, agere potest contra coheredes non, sed eo tractatu non effectuato, Greg. & adden. dec. 67. n. 10. cum seq. & passim. Dato autem isto casu, oritur obligatio, quam è converso in eadem apocha Octavium fecit ad favorem Joannis Bapti- ste, quod nunquam ab Aurelia filia, vel eis, ad quod jus do- tis spectabit, molestabitur pro restitutione, ad quam Joan- nis Baptista utpote de re non habita expressè declaravit nol- le teneri; idèque dicebam, de necessitate dictam obliga- tionem Joannis Baptiste intelligendam esse, durante eo ma- trimonio, & sic jure, vel suo, vel Caroli filii ejusdemq; mul- tieris, donec esset ejus nurus, verificabilem in solo actu negativo non petendi donec ad eos jus petendi commeteret, cum aliàs implicatantia, & circuitus essent manifesti.

Et quem admodum si solum matrimonio cum Aurelio vive- ret cum secundo viro, quem postea duxit, seu alium haberet heredem, quam cum quem casus præbet esse etiam hæredem Joannis Baptiste socieri, non dubitaretur agere posse contra Octavium dotantem, vel ejus pro libito contra locerum ac- ceptantem, qui tali casu pro indemnitatem promissa regressum abique dubio haberet contra eundem dotantem; ita in præ- senti, cum nulla videatur excogitabilis ratio differentiæ, credebam tamen iudices ista rectè percipientes, habentes tamen difficultatem in puncto principalis substantiæ credi- ti, ad evitandam retractionem dictarum decisionum coram Melio hanc viam tenuisse, quia nempe mutatis voran- tibus, aliqui moderniores creditur tempè amplexum simu- lationem dotis in dicta summa scutorum bis mille, quoque in effectu ex conventionem ab initio effecti scutorum 14. mill. cessante enim hoc motivo, nullo pacto posteriores re- solutiones ex dicto alio motivo videntur subsistere.

ANNOT. AD DISC. XXV. cum duobus seqq.

Agitur etiam in disc. 24. de Constitutionibus dotium mo- derationis super puncto retrotraçtionis derogationis, de quo etiam dicto disc. 212. sed principalis punctus ibi, & in duobus disc. seq. peractus est, an declaratio super minori do- te, quodque major fuerit simulata, & ad pompam; & hoc agitur in proposito infra in hoc tit. disc. 126.

RECANATEN. PRO COLUMBELLIS. CUM TROGLIONIS, ET BOMPLIANIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia declarationis factæ ex interval- lo super diminutione dotis, & quod major sum- ma esset simulata, & ad pompam, an & quando importet recognitionem, seu probationem veri- tatis, vel potius diminutionem dotis jam con- stituta, ut mulieri non præjudicet.

S U M M A R I U M.

- 1. Casus controversa super dotis simulatione, vel dimi- nutione.
2. Qua regula attendenda sit ad effectum discernendi, an declarationes factæ super dotis diminutione probent necne simulationem.
3. Actus minus solemnis licet sit inefficax ad obligandum, attenditur ad probandum.
4. Per similitudinem casus in proposito attendenda est, & ex quibus ea desumenda veniat.

D I S C. XXV.

Pro matrimonio contrahendo inter Josephum Colum- bellam, & Ludovicam Troglionam sub die 23. Sep- tembris 1652. inita fuerunt capitula matrimonialia, in quibus Lucretia mater, tam nomine proprio, uti prin- cipalis, quam uti turis filiorum, & hæredum Alexandri Troglionis ejus viri, & sub fideiussione Marci, & Muti de Pomplianis ipsius Lucretiæ fratrum, promisit dicto Jose- pho sponso, & Fabio ejus patri dotem scutorum 4. mil. sub certis modis, & temporibus solvendam; sub die vero 19. Octobris 1653. inter dictos Josephum sponsum sine consensu Fabii patris, & Lucretiam inita fuit apocha, per quam Joseph declaravit se per aliam apocham consecrat antequam dicta capitula matrimonialia initarentur convenisse de sola dote scutorum 3. mil. sub obligatione ejusdem Lucretiæ tan- tum, non curata fideiussione dictorum Muti, & Marci, proindeque in executionem dictæ conventionis declarando & recognoscendo veritatem, liberat dictos fideiussores, & atque contentum vocat de sola summa scutorum 3. mil. promittendo aliud non petere; ortis autem postmodum inter partes controversis, concorditer per eas extra Cu- riam

riam existentes de mea sententia pro veritate consultus postquam ad plures annos scripseram in Romana residui dotis, de qua dist. procedenti.

Respondi certum ac adequatum responsum pro una, vel altera partium per absentem de singulis facti circumstantiis non bene informatum dari non posse, cum hæc sit questio potius facti quam juris, decidenda ex conjecturis & adminiculis, in quibus præter certa regula dari non potest, sed juxta consuetam conjecturalium naturam, totum pendet ab individuo casuum particularibus circumstantiis, ex quibus eadem conjectura in uno casu sufficere solent, in altero verò non; quamvis enim juris regula sit, dotem jam constitutam non posse ex intervallo inter virum, & dotantem in mulieris præjudicium diminui, ex firmatis in dicta Romana residui dotis, atque ut ibidem observatum est, temporis præposteratio fit magnum adminiculum, quod hujusmodi declarationes ita concipio solite, sint ad legem fraudandam, atque sub hoc pallio diminutionem prohibendam colorandam, cum verisimiliter quando partium intentio ab initio est talis, fieri solent apoc eadem die, & cum intervenit eorumdem testium, qui interveniunt in capitulis, vel saltem mediatorum, qui matrimonium tractantes sunt veritatis conscii, ac utriusque partis confidentes.

Nihilominus omnes istæ sunt præsumptiones quas de jure prohibutum non est ne dum per contrarias probationes, sed etiam per urgentiores præsumptiones, & adminicula elidi, ideoque in summa totum pendet ex facto, ideoque loco responsi, transmissi copiam decisionum editarum in dicta Romana residui dotis 8. Junii 1643. & 8. Junii 1654. coram Melio, in quibus omnium latius magistratraliter materia examinatur, multaque adminicula, & conjecturae hinc inde ponderantur, ut ita cognita per utriusque sapientes de partibus veritate theoretica juris, de facili fieri posset applicatio ad factum; non dedi enim tertiam decisionem coram eodem Melio editam de anno 1657. cum in ultima solum agatur de puncto Sixtinae, qui non cadebat in hujusmodi casu, dum in loco nulla adlexerat dotem moderatiora.

Et licet sapientes de partibus pro parte conjugum principaliter insisterent in nullitate dictæ apocæ upotè factæ per filiumfamilias sine consensu patris per Statutum requisiti, respondi tamen hujusmodi questionem esse altioris inspectionis, an scilicet talis consensus esset pro interesse, vel ad reintegrandam personam, eamque, vel non sufficere, vel non esse necessariam; siquidem aut adminicula sunt talia, quod præferant hujusmodi secundam apocam ex tam longo intervallo factam, continere potius reductionem, ac non probare bene simulationem ab initio, & tunc parum referre dicebam, an dicta conventio esset valida necne, præterquam quod jus, vel interesse viri pro fructibus dotalibus constante matrimonio, cum de reliquo jus mulieris esset falsum, aut è converso adminicula erant talia, quod probabiliter simulationem fuaderent, & tunc parum obstabat defectus solemnitatum, satis considerabilis ad effectum obligandi necne, secus autem ad effectum probandi juxta decisionem in Romana dotis 1600. coram Sacro Sæpius canonizatum, præsertim in Romana fideicommissi 8. Junii 1648. Arguell. Altograd. conf. 5. nu. 7. cum seq. lib. 1. potissime quia probabilè est ad faciendum matrimonium ita conventum esse inter dotantes, & sponsum ignaro istius patre, quoniam senes in hac materia principaliter incumbere solentur interesse ac majori dote, juvenum verò principalis sollicitudo est super matrimonio facilitando ac sponfam obtinendo, unde prudentes dotantes ad se à majori incommodo evitandos, ita juvenum ardorem pro industria compenfare solent.

Ad veritatem autem prædictam incertandam, principaliter dictas partes eamque sapientes admonui, stante quod agebatur de dote constituta puella patrem non habenti, inspicendam esse patrimonii quantitatem, personarum qualitatem, morem regionis, aliaque circumstantias attendendas super dotis congruitate regulanda, ad effectum inspicendi an una, vel altera summa esset magis verisimilis & adæquata, cum tam in ista materia, quam in altera confessata dotis, verisimilitudo sit maximum adminiculum omnium aliorum regulativum.

Dubitabant sapientes de partibus, an sponsum data validitate apocæ, per dotantes molestari possent ad eos indemnes conservandos, unde propterea conabantur super invaliditate actus ex defectu paterni consensus insisterent, verum circumscripto interesse fructuum pro tempore extantis matrimonii, in reliquis levis erat dubitatio, dum sponsum factum alienum non promiserat, sed solum proprium non pe-

tendi majorem dotem, neque fidejussores molestandi, unde quando ipsa mulier directè ageret, non videbatur eum molestari posse pro facto alieno, quod non promiserat; non habuit autem ista questio aliquam terminationem, vel dispositionis progressum huc inque, ex eo quod deinde mulier sub prætextu levitatis divertit à viro, unde lis exorta est super separatione thori, quæ pendet in Roza, & de qua habetur in sua materia sub tit. de matrim.

TUDERTINA RESIDUI DOTIS, PRO ANNA MARIA DE CIOLIS, CUM FRANCISCO LIVIO.

Casus disputatus coram A.C. & resolutus pro Francisco puo concordante.

De eadem materia doris simulatae, & ad pompam in majori summa constituta. Et an frater qui tenetur sorores dotare de bonis paternis, possit eas inæqualiter tractare, uni majorem, alteri minorem dotem constituendo.

S U M M A R I U M.

- 1 Casus super dote simulata.
2 Ubi concurrat causa simulandi, facilius admittuntur conjecturae ad simulationis probationem, & de aliquibus conjecturis.
3 Pater potest inæqualem dotem filiabus constituere.
4 Sed frater non potest.
5 Declaratur, quando id in fratre procedat.
6 Quando frater adicere possit partem onerosa in dote, quam dat sorori.

D I S C. XXVI.

ANselmus de Ciolis plures habens sorores, quas exclusas à paterna successione dotare tenebatur, dum esset in pupillari, vel minori ætate, aliquas ex eis maritavit cum dote scutorum 4. mil. deinde verò factus major maritavit Ludovicam Livio, constituta eidem dote scutorum 4. mil. ex quibus solutus 3500. facta fuit quietatio amplissima cum pacto de plus perpetuo non petendo, unde sequuta dicti Anselmi morte, superstita Anna Maria filia nupta Gualterio, insurrexit Livius petendo dictum residuum scutorum 500. dum ex quietantia instrumento adjectum, concurrente probabilis causa simulandi ob viri honorificentiam, nè scilicet alius videretur minoris conditionis quam essent aliarum sororum; viri, quibus dos scutorum 4. mil. effectivè constituta erat, ut bene juribus relatis ponderavit Rot. in Romana residui Dotis 8. Junii 1654. Melio. Unde ego & ceteri pro rea scribentes, posita probabilis causa simulandi inferrebamus, facilius ex adminiculis, & conjecturis inferri ad probationem simulationis, pro qua octo conjecturae, seu adminicula ponderabatur, illud præsertim, quod eadem die constituta dotis, solutus effectivè scuris mille tantum, facta fuit quietantia scutorum 1500. ut in specio observatur apud Crivell. decif. 48. quem refert & sequitur Fontanell. de part. claus. 7. glof. 3. part. 12. num. 57. & 58. Atque huic adminiculo valde famulabatur alterum de sublequata quietantia finali, postquam reliqua scuta 2500. soluta fuerunt, ita ut esset actus geminatus, qui ex pluribus aliis probabilibus adminiculis, quæ in facto deducebantur, evidenter probationem facere videbatur.

Hinc proinde scribentes pro actore, consuegebant ad defectum potestatis, dicendo non intrare disputationem super simulatione, cum hæc procedat, quando est in arbitrio dotantis plus, vel minus dare in dotem, veluti quando dotat pater, qui potest filias inæqualiter tractare; neque per hoc, quod alicui filia pinguiorem dotem constituit, possunt reliquæ ab eo invito consimilem donationem prætertere, quoniam sufficit eas congruè ac de parago dotare, neque prohibendus est pater ex benevolentia, vel alia justa causa gratificari alicui ex filiabus de illis bonis, quæ extraneis eam dare potest, Marant. disp. 10. de Matrim. resol. 93. n. 11. lib. 1. cum aliis per Boss. de dot. cap. 13. n. 29. Greg. deci. 63. n. 22. Baratt. dec. 460. n. 8. Roza in Romana residui dotis 8. Junii 1643. & 8. Junii 1654. Melio & Sæpius.

Secus autem dicebant in fratre dotante de bonis paternis for-

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
2 In conditionibus spectatur nudum factum, ac sufficit eas momento temporis impleri, non curata perveritas, & nu. 17. ubi declaratur.
3 Moribundus inter mortuos potius reputandus est.
4 De differentia inter casum præmorientie, & supervientie.
5 In actibus correspondivis non sufficit voluntas unius, sed attendenda est illa utriusque, & n. 20. ubi declaratur.
6 Donatio, vel augmentum dotis factum in compensationem alicujus in æqualitatis, dicitur actus correspondivus, & onerosus.
7 De nullitate dotis, vel augmenti ultra summam præscriptam in Constitutione Sixtina dotum moderatiora.
8 De solemnitatibus requisitis ex Statutis Urbis in donationibus.
9 Sæpe tribus nalia revocant resolutiones ex novis motis quavis debilibus ob antiquaretate.
10 Augmentum reputatur scilicet dos, & Sixtina locum habet etiam in augmento.
11 Lex dotium moderatiora est favorabilis.
12 Quando augmentum factum per virum mulieri non cadat sub Sixtina.
13 Deductio est viri accipere uxorem indotatam, vel ei dotem augere.
14 Quando donationes, vel augmenta, quæ sunt per virum mulieri censeantur nec ne in compensationem in æqualitatis.
15 Quando in donatione non requirantur solemnitates, de quibus nu. 8.
16 Declaratur conclusio, de qua nu. 2.
17 Substantia voluntatis ascendenda est, non figura verborum.
18 De conjecturis, & inditiis, ex quibus introit potius limitatio, de qua nu. 17.
19 Declaratur conclusio, de qua nu. 5.
20 Testi mediatori est deferendum.
21 Contrarium, quod testes mediatores non probent, & declaratur.
22 Principales censentur certiorati ab eorum munitiis, & mandataris.

D I S C. XXVII.

Assumpto per quemdam nobilem mediatorem tractatum matrimonii inter Ullissem Bolognetum in ætate matris constitutum, & adolescentulam Juliam Mutam, habentem solum dotem scutorum 7. mil. intenta ex conditione exiguum, mediator Ullissi proposuit, ex parte conjugum sponse desiderari ex pacto dotis augmentum, quod ille adeo agrè tulit, ut omnino dissolverit tractatum, & aliquot dies per alios nobiles communes conjunctis reassumptum, qui cum majori dextertate proponendo casum viduitatis dictæ Julæ, quæ aliàs ob teneram ætatem cogere, stante modica dote, secundas nuptias omnino impares contrahere, ex isto motivo Ullisses suavis, per apocam separatam à capitulis matrimonialibus promissit, quod in eventum ejus præmorientie sine filiis, hæredes ultra dotem sibi dandam, & respectivè restituendam, computato lucro statuario, & quibuscumque aliis fortè debendis, augerent totum id, quod deficeret ad supplemendam summam scutorum 12. mil. dictoque matrimonio contracto, post breve tempus, utroque conjugis circa principia morbi epidemialis adhuc non detecti graviter, & ad mortem agrorantibus, ita ut eorum salus desperata esset; magis tamen illa mulieris, cuius dedit, quod vir ad unam circiter horam prius exspiravit, unde propterea mulieris hæredes prætertere ceperunt factum esse casum augmenti predicti ad eos transmissi, prout A. C. in prima instantia ad eorum favorem judicavit, relaxando mandatam executivum, à quo commissæ per Signaturam causa in Rota coram Bevilacqua, cum clausula executionis translativa si quid exequendum, & assumpta desuper disputatione sub die 9. Junii 1659. pro executione prodiit resolutio confirmata in secunda disputatione 19. Aprilis 1660. Concessa quoque nova audientia, atque in aliis disputationibus dilata resolutione, illi honestæ concordie ansam dedit, qua mediante controversia finem habuit.

Dictarum resolutionum fundamentum fuit, quod in conditionibus nudum factum spectatur, cumque augmentum

4 sorores exclusas à Statuto dotem demandante, quia tunc tenetur æqualem dotem sororibus constituere, Mantie. de tacit. lib. 12. tit. 21. n. 35. Merlin. de legi. lib. 3. tit. 1. q. 12. n. 33. & alii, quos refert Boss. d. c. 13. n. 26. Royas dec. 125. n. 11. Fontanell. de part. claus. 7. glof. 3. p. 12. nu. 59. & seq. ubi quod tali casu simulatio etiam probata non suffragaretur in præjudicium sororis, quæ minori dori non consentit.

Restrida igitur ad hunc punctum præcipua difficultate, respondebam obiectum procedere in tutore, curatore, seu alio administratore, qui nihil dando, vel promittendo de proprio, solum dotat de bonis paternis, quæ ipsis sororibus sunt communia, quoniam eis tanquam simplici administratori licitum non est de alienis gratificari, atque inter æquè dominos inæqualitatem servare, & in his terminis loquitur Paul. de Cast. conf. 275. nu. 6. lib. 1. cum quo pertransit Mantie. de tacit. loc. cit. & in eisdem terminis curatoris loquitur A. decif. 125. apud Royas, & in quo sensu intelligendus est Merlin. de legi. 1. q. 12. n. 33. quatenus ad fratrem descendat, istum scilicet capiendo tanquam administratorem nihil dantem de suo, sed de eo quod erat fororum proprium & æquale, cum aliàs esset proflus erronea propositio, dum prohibendus non est frater de bonis filius aliquam liberalitatem cum una sorore, & non cum altera exercere; forori liquidum non gratificæ sufficere debet congruè ac de parago juxta patrimonii vires, ac morem regionis dotam esse, ex eadem ratione, quæ urget in dotibus per ipsum patrem viventem inæqualiter constitutis.

Unde propterea habemus, quod in illa dote, quam frater constituit forori ex necessitate de bonis paternis, adicere non potest pacta revervia, vel alia onera, quæ omnia addit in ea dote parte, quam ex liberalitate dat de suo, ultra eam summam, quam in viis officii judicis dare cogere, Franch. dec. 196. cum quo ceteri pertransunt deducti per Amat. resol. 64. Eo magis, quia reliquæ dotis in majori summa constituta fuerant, dum frater erat in pupillari, vel minori ætate constitutus, unde postea quod sola summa scutorum 3500. attentis viribus paternæ hereditatis, ac more regionis esset congrua, excessus predictus remaneret invalidus, ita ut beneficium restitutionis in integrum posset minor illum revocare, ex deductis per Odd. res. in integr. q. 59. art. 3. n. 7. Fontanell. de part. cl. 5. glof. 8. p. 8. Cyriac. controu. 508. n. 43. Boss. d. rrat. plures colligens, c. 8. nu. 187. ad 196. apud quos ceteri. Igitur multominus trahi poterat in exemplum obligatorium ad aliam dotem patris excessivam constituendam.

Præterea dicebam, quod ubi etiam prætenus defectus potestatis concurreret, adluc tamem posita probatione simulationis, inferri non poterat ad istius destructionem, quodque in vim constitutionis talis dotis actio competere, cum hoc nullum rationis, vel autoritatis fundamentum haberet, neque Fontanell. in id specialiter ut supra allegatus hoc dicit, cum solum loquatur de diminutione dotis jam constituta; non faciendæ ex intervallo in præjudicium mulieris non consentientis, juxta superius deducta in Romana residui dotis dist. 24. & in hoc bene loquitur, cum de reliquo defectus potestatis facere non possint, ut actus non sit factus, sed solum operari potest, ut eo non obstante, integrum sit mulieri officium judicis implorare pro obtinendo congrua dotis supplementum; juxta autem his non obstantibus in contrarium decevit, cumque amplius de causa actum non audierim, credo quod concordia si finem dederit.

ROMANA AUGMENTI DOTIS, PRO BOLOGNETTIS, CUM MUTIS.

Casus decisus per Rotam pro Mutis, deinde concordatus.

De augmento dotis per virum uxori constituto in tempore dissoluti matrimonii per ipsius viri præmorientiam, an subæccæ Constitutioni Sixtinae dotium moderatiora.

Conditio præmorientie, vel respectivè supervientie, an intelligatur de illa de facto, quæ etiam momento temporis verificetur, vel postuleat supervientiam duraturam spectatè effectum; & quando hujusmodi augmenta, vel alig donationes inter conjuges dicantur ex causa onerosa, & in compensationem inæqualitatis, ratione ætatis, vel alterius circumstantie.

Card. de Luca, Lib. VI.

tum prædictum promissum est sub conditione præmorientia viri, dictum fuit nihil referre quod illa sequita esset brevi temporis intervallo ante mortem mulieris, quoniam sufficit conditionem momento temporis impleri, abque necessitate perseverantia, seu tractus successivi, ad text. in l. si inter virum, & l. sed & in illo, ff. de reb. dub. l. quod certatum, C. de posthum. hered. instituen. Bald. in l. unica, C. de novissimo, n. 5. Cod. de caduc. tollen. Tiraquell. in l. si unquam, verbo susceperis, n. 190. Sotolin. dec. 589. cum aliis allegatis in decisionibus desuper editis.

Et ad objectum, quod ex parte hæredum deducebatur, quod mulier dici non posset supervivens, cum verè non sit supervivens ille qui statim obiit, quia moribundus potius inter mortuos quam inter vivos reputandus est, ut potè de morte potius participans quam de vita, ad text. in l. in statu, §. si ambo, ff. de donat. inter virum & uxorem, Causent. in l. si inter, ff. de reb. dub. & ceteri per Menoch. lib. 6. præsump. 50. num. 8. & Phanur. de momento temporis, cap. 6. post nu. 2. cum sequen. Polidor. Ripa de actibus in artic. mortis, cap. 1. num. 1. & 3. cum sequen. Respondetur cum distinctione, quod gravamen hæredum ad præstandum dictum augmentum non est sub conditione superviventia mulieris, sed sub altera præmorientia viri, constituendo in hoc differentiam, quasi quod primo casu desideranda esset superviventia incolumis & cum effectu, quam ex eorum parte requiri dicebatur, secus autem in altero.

Et quamvis ex hac viri parte multa inditia, quinimò & probationes darentur voluntatis viri, constituendi dictum augmentum ipsi mulieri, cum præsupposito incolumis ac duraturæ superviventia, ad effectum, ut decenter in statu viduitatis se sustentare posset, vel alias dignas & æquales nuptias contrahere, ideoque conditionem respicientem certum effectum momento temporis non impleri; respondetur tamen, huiusmodi propositum, esse voluntatem viri nullatenus suffragari, nisi non sit factum effectum mulieri in idem concurrenti, quia in contradibus aliique actibus respectivis hinc inde onerosus, non unius tantum, sed utriusque voluntas spectanda est, neque attenditur id, quod unus tantum cogitabat, vel in mente habebat, ad text. in l. si repudiandi, de condit. ob causam l. inter stipulantem, §. 1. de verborum obligat. cum concord. per Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4. Alograd. conf. 13. numer. 15. cum seqq. lib. 2. Talis autem dicebatur huiusmodi conventio, utpote in compensationem nimie inaequalitatis, quæ inter contrahentes aderat ratione ætatis, ad quam causam dictum augmentum potius, quam ad alias est referendum, illudque non dicitur ex liberalitate, & causa lucrativa, sed tanquam species permutationis, seu venditionis illius inaequalitatis esse causa onerosa, perinde ac si pretio comparasset, Bald. in l. 1. C. de donat. ante nuptias, Honded. conf. 48. num. 15. cum seqq. lib. 1. Mant. de tacit. lib. 1. tit. 20. n. 24. Gratian. disp. 984. Rovit. dec. 100. nu. 4. Capyc. Larr. dec. 22. Fontanell. de pact. claus. §. glof. 1. p. 2. num. 86. & 87. & ceteri communiunt.

Concessa tamen ut dictum est adversus dictas decisiones nova audientia, in hac dispositione, non neglecto dicto motivo voluntatis percutientis certum effectum, ideoque per momentaneam præmorientiam non implete, deductum quoque fuit novum motivum nullitatis huiusmodi augmenti cum dilemmate, quod aut illud descendendum erat ab initio dos, seu dotis pars, & nullitas resultabat ex Constitutione Sixtina dotium moderatoria sub decreto irritanti prohibente dotes constitui non posse ultra summam scutorum 5500. quamvis ab ipsis viris sub nomine augmenti, vel ex quacumque alia causa constituerentur; licet enim constitutio prædicta hodie in effectu videatur merè ceremonialis, quia passim conceduntur derogationes, quæ nemini denegantur, nihilominus in foro est receptissimum, necessariam esse impetrationem dictæ derogationis, itaut ea non obtenta actus remaneat invalidus, & in iudicio non exercibilis, ex deducis disc. 23. & 24. & 143.

Aut tanquam collatum in tempore dissoluti matrimonii tale augmentum dicendum non est dos, sed simplex donatio, & tunc alia intrabat nullitas, dupliciter resultans ex Statutis Urbis 149. & 150. continentibus decretum annullativum, quorum primum in donationibus pro forma exigit subscriptionem donatoris, & duorum testium in ipsa matrice, & alterum præcipit infundationem, quorum neutrum in presenti concurrerat, & ex his novis motivis Rota tales habuit difficultates, quod causa pluries proposita resoluta non fuit, undè eadem Rota ita desiderante devenit ut supra fuit ad concordiam, quæ contravertit finem dedit.

Reflectendo autem ad huiusmodi causæ veritatem, mi-

hi proreis scribenti, meliora videbantur priora motiva per Rotam rejecta, quam posteriora, quæ difficultatem dederunt, atque concordiam causarunt, quamvis & ista non essent omnino improbabilia, undè frequenter edocuerunt quæ sit Ingeniorum diversitas, nisi dicitur quod sepius iudices, majora præsertim Tribunalia, agnoscendo resolutionem insubstantiam, ad evitandum regressum per eandem quamvis forte planam viam, alias magis angustas eligant, per quas in effectu idem referat regressus, ut in specie vidi practicum in Mantuana feudis sub vit. de feudis, disc. 10. & 11. & in Romana residui dotis, disc. 24. & in aliis.

Quatenus enim pertinet ad fundamentum Sixtinæ, licet scribendo tanquam Advocatus dicerem, illam in verbis comprehendere casum controversum, ibi, per causam, & occasione de accrescer somma dotale, ac ibi, foto qualis voglia colore sista de donazione, ò altro titolo etiam in persona della donna; ac etiam quia de iure augmentum dicitur dos, omniaque iura de dote dispositiona, militanti in augmento ad text. in l. si proprietaria, & l. inter socerum, §. cum inter, ff. de iur. dot. & in specie augmenti facti per virum, Duran. dec. 129. nu. 4. cum seqq. & reliqui per Aden. ad dec. 666. num. 170. part. 4. recent. tom. 3. Maxime quia non agitur de lege exorbitanti, & odiosa, strictè intelligenda; sed de favorabili, & benigna, utpote ad publicam utilitatem emanata, ut generaliter de huiusmodi legibus dotium moderatoriis, Fontanell. de pact. claus. §. glof. prima part. 1. num. 2. Giurb. ad consuetud. Messanen. cap. 4. glof. 7. part. 2. Leotar. de iuris, q. 40. nu. 69. & specialiter de Sixtina, Rota dec. 160. nu. 6. & dec. 172. nu. 13. cum seqq. part. 8. rec. & de antiquioribus Constitutionibus dec. 117. n. 5. part. 1. divers. & supra disc. 22. & infra disc. 143.

Nihilominus videbatur casum non venire sub huiusmodi lege, quoniam non agebatur de augmento purè ac ab initio constituto, itaut eo matrimonio durante, mulier tantam dotem in dominio & bonis habere diceretur, sed erat spes omnino eventualis sub duplici conditione de facili decessura, quia scilicet præmorientia viri, & altera non superexistencia filiorum, unde propterea huiusmodi spectritudo collata erat in tempore dissoluti matrimonii, quando titulus dotis jam evanuerat ac resolutus erat, & sic verificari non poterat, quod dictum augmentum in eo matrimonio stetit in terminis dotis, vel quia poterat nunquam adesse ob dictæ duplicis conditionis deficientiam, vel quia jus oriebatur de tempore, quod ob matrimonii dissolutionem non intrabat amplius titulus dotis, ideoque habebam difficultatem in motivo.

Quoverò ad alias solemnitates requisitas in donationibus ex Statutis 149. & 150. quamvis pariter scribens tanquam Advocatus multa dicerem, atque cum copiosis allegationibus ad scripturæ ornatum ac in doctorum satisfactionem plures regulas generales deducebam, adhuc tamen dubitabam, principaliter autem infusebam in dilemmate, quod, aut hoc augmentum, iuxta sensum actorum, & decisionis, erat in compensationem inaequalitatis, itaut diceretur de bonis mulieris ab initio tantum pretium dictæ inaequalitatis compensativum ut supra, & intrabat Sixtina, cum ita ipsa mulier de bonis suis viro daret ultra summam taxatam; aut negato dicto assumpto actus remanebat in terminis liberalitatis, & gratuita donationis, & tunc intrabat necessitas altarum solemnitatum.

Ex duabus verò dicti dilemmatis partibus, probabilior videbatur secunda, ut esse in terminis gratuite donationis, tum ex facti enarrata circumstantia, quod vir abhorruerat hunc terminum augmenti ob inaequalitatem petiti, itaut ob huiusmodi petitionem primus tractatus dissolutus fuerit, & merito, quia dedecus est viri accipere uxorem indotatam, vel eam dotare, ut egregie Bald. in l. si voluntate, in prima lectur. n. 6. C. de iur. dot. ubi etiam Salicet. Aretin. in super eo il secondo, nu. 9. de testibus, & alii per Mant. de tacit. lib. 1. tit. 20. post num. 24. Tum etiam quia tunc huiusmodi donationes, seu augmenta referuntur ad compensationem inaequalitatis, quod hæc nullam aliam habet compensationis causam, secus autem ea concurrente, quia nempe vir, vel ætate, vel natalibus inaequalis, sit dives, aliaque habet qualitates, ob quas longè majorem dotem mereatur, quoniam exigua, aliaque incongrua mulieris dos inaequalitatem compensat, Bald. Novell. de dote. 10. n. 10. in princip. bene Lupus de donat. inter virum & uxorem, in rubr. nu. 9. Surd. conf. 164. n. 33. cum seq. & conf. 196. n. 42. & seqq. Capyc. Larr. dec. 22. n. 32. & seq.

Idque præsertim, ubi in donatione, vel augmenti promissio-

missione, huiusmodi causa in specie non exprimitur, vel saltem in genere sub nomine ac titulo meritorum, quia tunc ad liberalitatem ac donationem potius actus referendus est, ut bene Barbos. in l. que dotis, num. 56. & 57. ff. de iur. marit. licet enim Gratian. discipul. 984. num. 1. ceteris allegatis contrarium firmet, quod scilicet data inaequalitate, ad istam compensandam potius actus referendus veniat, quamvis non exprimeretur, atque decisiones cum ista auctoritate pertranseat, dicebam tamen in casu Gratiani concurrere expressionem saltem meritorum in genere, in alio non verificabilem, quia circumstantia excepta, solidiora videbantur fundamenta Barbosæ, dum dicta opinio fundatur solum in traditione Bartoli in d. l. si voluntate, num. finali, à qua derivant omnes illam sequentes contra Bald. ibidem, sed hæc traditio procedit, ubi agitur per viam dotis confessata ad excludendum delictum simulationis, vel fraudandi prohibitam donationem, secus autem ubi explicite processum est per viam donationis, in qua nil prohibebat causam exprimi, si ea in partium animo fuisset.

Accedentibus etiam aliis contrariis coniecturis, quia dum apud omnes receptum est, huiusmodi donationes, quæ sunt in compensationem inaequalitatis, dici onerosas, & correctivas tanquam pretium illius majoris qualitatibus quam ita mulier viro vendere dicitur ut supra, resultat exinde, tale pretium ab initio purè esse debere ipsius mulieris, & in eius dominio, five matrimonium dissolveretur per mortem unius, five alterius, ac five superest filii, five non, ideoque verificabiliter non acceptat mulier duplicem eventualem conditionem de facili decessura ut supra.

Quamvis autem ex his probabilibus videretur, huiusmodi augmentum verè non fuisse in compensationem inaequalitatis, itaut hæc fuisset eius causa finalis, quæ faceret contractum merè onerosum, & correctivum, quæ ad effectus inde resultantes, negari tamen non poterat, eandem atatis inaequalitatem, fuisse ex parte viri causam impulsivam ad providendum mulierem aliàs meli proviam, atque iuxta naturæ ordinem verisimiliter supervivere debentem pro secundis nuptiis, vel pro congruo statu viduitatis, ex parte verò mulieris fuisse finalem, & sic fuisse donationem, vel in causam futuræ dotis, vel aliàs impropiam & casualivam, proindeque non subiectam illis solemnitatibus, quibus simplices ac merè lucrative donationes solum subiacent, ut sapius habetur in iura materia sub tit. de donationibus, ideoque quando causæ defensus ad huiusmodi fundamenta solum reducitur, satis dubitabam.

Solidius verò mihi videbatur primum fundamentum, ut supra non admissum; licet enim regulariter vera sit propositio in decisionibus sumata, quod in conditionibus spectat nudum factum purificationis, quamvis momentaneæ, abque perseverantia necessitate, at tamen id limitatur, ubi conditio dispositioni adjecta respicit certum effectum, quia tunc momentaneum implementum non sufficit, sed necessaria est perseverantia, ex qua resultat effectus in mente disponentis habitus, ad text. in l. pater Severi nam, in princ. & §. conditionum, ff. de condit. & demonstr. cum concord. per Phanur. de moment. temp. cap. 29. num. 1. cum seqq. & numer. 20. bene Seraph. in eadem supra alleg. dec. 589. numer. 3. cum sequen. latè Cyriac. contr. ov. 478. num. 89. & 103. cum seq. & contr. ov. 511. n. 70. & seq. & nu. 98. cum seq. ubi ad plura infert.

Alia quoque in idem concurrente recepta propositione, ut non cortex & figura verborum, sed substantia voluntatis attendi debeat, ex deductis per Cyriac. dict. contr. ov. 478. num. 18. cum sequen. ubi insertam conclusionem latè exornat Buratt. dec. 113. num. 7. Merlin. dec. 692. num. 46. Rot. in Romana sive fupponis 24. Maji 1660. coram Verolpio, à qui concordantes; ideoque parum solida credebam considerationes contentas in prima decisione super formalitate verborum, sui distinctione inter superviventiam, vel præmorientiam, cum istis termini tanquam synonymi per DD. promiscuè tractentur, neque urgeat ratio, cum hæc distinctio innititur.

Spectata igitur substantia voluntatis, illa videbatur clara super præsupposito incolumis ac duraturæ superviventia mulieris, cujus solum personam vir ita contemplanus est, atque providere voluit, vel pro secundis nuptiis dignè contrahendis, vel pro congrua substitutione in statu viduitatis, ita ejus decore exigente, cum uxor vidua conservet statum, & dignitatem viri, ac si esset in conjugio, nunquam verò in animo habuit ditandi ipsius mulieris hæredes, quæ inspecta ipsius viri conditione, nondum probabile, sed indubitatum erat prorsus abhorruisse.

Ad oculum istam veritatem comprobari observabam ex modo, & conditionibus prædictis, sub quibus talis promissio concepta erat, illa præsertim præmorientia sine filii, ex qua duo resultabant; primo nempe dicta voluntas providendi uxori, ut vel vidua commode, & cum convenienti ipsiusmet viri decore sustentari posset, vel secundas nuptias contrahere, quorum neutrum noluit extantibus filiis, cum quibus ditissimis bene convivere potuisset; & secundo, quod post dissolutum matrimonium, ad prædictæ conditionis purificationem expectare oportebat per menses, ex quorum lapsu certificaretur negativa posthumi, seu ventris pragnantis, ergo impossibile erat de sola momentanea præmorientia, prout nudè facti est, sentire potuisse.

In idem conferre observabam formulam dictæ promissionis, quam non fecit ipse vir simpliciter & purè, dum promissit, quod ejus hæredes una cum dote restituenda augerent, & supplebant; & sic pariter duo resultant denotantia præsuppositum superviventia incolumis, & duraturæ, primo quia casus restitutionis dotis iuxta formam Statuti non nisi ad sex menses post mortem contingere debebat, & secundo quia post sequutum aliusque obitum, plurimum mensium decursus, per necessarium antecedens, est supponendum, autem hæredes adita hereditate ac perfectò inventario ad huiusmodi actus deveniant ac urgeri valeant.

Ad objectum verò decisionum de animo solius promittentis non attendendo in actibus correctivis, facilis videbatur responsio; illud enim procederet, quando promissio esset pura, & perfecta, itaut diversa voluntas extrinsecis ab ipsa promissione deduceretur, secus autem ubi promissio est conditionalis, atque questio est super interpretatione, sui intelligentia conditionis æquivocæ in ipsa scriptura adjecta per promittentem, cum tunc ejus voluntas spectanda sit, & clarius, quia testes mediatoris, vel præsertim Prælatoris ac juris peritus, qui magis tractavit, & efficacius virum suaserat, ita explicitè deponebant, quibus testibus mediatoribus deferendum est, etiam unico, ubi præsertim est qualificatus, in his terminis Merlin. dec. 608. num. 24. Buratt. dec. 775. numer. 3. & 844. n. 14. Duran. dec. 98. Maceraten. census 16. Februarii 1641. Rojas inter suas dec. 125.

Et quamvis decisiones dicerent non sufficere, quid cum una parte tractaverint mediatoris, nisi consetit id innovasse alteri parti, eoque voluntatem accessisse, ex deductis per Menoch. conf. 893. num. 12. & 13. dec. 225. num. 4. part. 4. recent. in Romana laudi, seu locorum Montium 19. Maji 1641. Verolpio, §. finali; nihilominus neque hæc responsionem recipiendam esse dicebam, quoniam dictæ auctoritates loquuntur in illis mediatoribus, qui huic exercitio principaliter incumbunt, ac proxenetæ potius dicuntur, & quorum officium solum consistit in iungendo principales adinvicem tractantes, ac referendo hinc inde propositiones, & responsiones, in quibus terminis loquuntur allegatæ auctoritates, & quorum mediatorum ex arte, seu professione id principaliter pro mercede agentium in matrimonii mentio habetur in iure in constitutione Græca registrata in modernis Codicibus Gotti tradis, sub tit. de sponsal. fin. Secus autem ubi de istis mediatoribus, mobilibus, & qualificatis, de utriusque partis voluntate concisus, id gratulatio, & in gratiam partium agentibus, ubi præsertim sunt duo ab utraque parte respectivè deputati, cum tunc potius videantur considerandi tanquam arbitri, seu verius tantum quam nuntii, & mandatarii, quia quælibet partium censetur unum nuntium, seu mandatarium ita deputasse ad tractandum, seu concludendum, undè sufficit, quod unus partem faciat voluntatem sui principalis alteri mandatario, à quo altera pars censetur de omnibus certiorata, Rom. conf. 431. nu. 7. dec. 396. nu. 3. part. 1. & 131. numer. 7. part. 2. div. Greg. & Aden. dec. 137. numer. 4. Buratt. & Aden. dec. 134. numer. 6. & 307. numer. 3. Atque ita docet præx quotidiana, etiam in gravioribus Mundi negotiis, quæ per huiusmodi nuntios ac mediatores tractantur, & concluduntur. Multo magis in subiecta materia, quæ de sui natura ita exigit, cum puelle non exeat ad plateas ad tractandum cum viris, neque huiusmodi negotia inter principales agantur, sed semper cum opera mediatorum, qui finiturusque partis amici, vel respectivè conjuncti, undè propterea dum de veritate satis verisimili evidenter constabat, ex hoc potius fundamento habente soliditatem facti, quam ex aliis constitentibus in subtilitatis juris, mihi videbatur, quod meliorem causam foverent rei conventi, quam actores.

ANNOTAT. AD DISC. XXVII.

De augmento dotis facto per virum mulieri ab initio, & ante contractum matrimonium, agit etiam infra, disc. 165. ac etiam in hoc tit. disc. 210. occasione agendi de puncto, an ex eodem augmento debeat iurum dotale, si illud ad haereditatem reverti debet.

NEAPOLITANA DOTIS, PRO CLARA, ET FRANCISCO DE LOFFREDIS COMITIBUS POTENTIAE, CUM PATRIMONIO, ET CREDITORIBUS PRINCIPIS MAIDAE.

Casus sopsius per concordiam, seu laudum.

De dote promissa forori per fratrem patris haereditatem beneficiatum, an haereditario, vel etiam proprio nomine promissa censetur, itaut ei suffragetur necne beneficium inventarii, praesertim in Regno Neapolitano propter decretum generale vulgo nuncupatum quatuor Aularum, & de istius decreti materia.

SUMMARIUM.

- 1 Casus controversae.
2 Frater dotando sororem cum obligatione de proprio non gaudet beneficio inventarii.
3 Fallit in Regno Neapolitano ex decreto quatuor Aularum, & de dicto decreto.
4 Quando dos per fratrem facta forori imputetur in iura eadem forori adversus fratrem competentia.
5 De quaestione, an & quando haeres beneficiatus se obligans proprio nomine amittat beneficium inventarii, referuntur opiniones hinc inde, & n. ubi distinguitur.
6 Quid continet decretum praedictum quatuor Aularum, & ad quid edictum sit.
7 Qua requirantur, ut dictum decretum intret.
8 Demonstratur, quod haeres contraxerit proprio nomine.
9 Datur distinctio, per quam deciditur quaestio, de quo num. 5.
10 Quando concurrat novatio, haeres tenetur, & de ratione.
11 Intellegitur de vera novatione, non de illa conversione dotis in mutuum, qua fit in Regno Neapolitano, & de ratione.
12 Cessio translativa reputari non potest per debitorem solventem.
13 Haeres beneficiatus dicitur administrator haereditatis.

DISC. XXVIII.

Marcus Antonius Loffredus Maide Princeps, in eius testamento, scripto haerede Francisco Carolo filio, Clarae filiae legavit in causam dotis ducatos 45. mill. pro omni, & quocumque iure legitime, paratis, vel alterius successione sibi competentis in bonis paternis, ac etiam in quodam legato, seu fideicommissio particulari ordinato per Ferdinandum Ducem Ferolei, sequuta vero morte testatoris, dictus Franciscus Carolus frater, & haeres occasione primatum nuptiarum per Claram nuptiarum cum Duce Castri Sangri, dotem eidem constituit ducatorum 42. mil. in diversis terminis & modis ab illis in testamento paterno praescriptis, dictaque promissio simpliciter facta fuit cum ejus obligatione in forma, nullatenus enunciata qualitate haereditaria; desuncto vero dicto dotante, posteaque ejus patrimonio sub concursu creditorum, ut malo fato, vel ex aliis Dei iudiciis, Baronum illius distulsi, ac fertillissimi Regni frequentior est conditio, in graduatione orta est controversia, an Clara praedicta, quae ad alias nuptias cum Comite Potentia transierat, dicenda esset creditrix praedicti Francisci Caroli, itaut in istius bonis locum occupare deberet privilegium, stante assensu generali per gratiam concessa dotibus Neapolitanorum, de quo in alia Neapolitana sub tit. de feudis, disc. 26. vel solum dicenda esset creditrix Marci Antonii patris, itaut dicto Francisco Carolo, seu creditoribus ejus personam repraesentantibus, suffragaretur beneficium inventarii, quamvis enim plerique alii articuli in ista controversia caderent, hic tamen erit praecipuus, in quo causae pondus consistebat.

Pro fratre dotante, seu creditoribus, ut non nisi haereditario nomine fratrem dotem promississe censetur, ideoque inventarii beneficium juri debet, primo aspectu respondendum videbatur; licet enim de iure communi magis communis opinio esse videtur contra fratrem, ut scilicet dotando fratrem in executionem legati paterni non potatur beneficium inventarii, ubi etiam de proprio se obligavit, ut probat Capyc. Larr. consult. 31. qui ita dicit de eodem per Sac. Consilium; atamen in Regno Neapolitano contrarium dicendum venit ex decreto generali ejusdem Sac. Consilii nuncupato quatuor Aularum edito de anno 1623. quod pro lege receptum est, determinante nunquam haereditatem pro debito haereditario se obligantem, ceteri sibi praedictasse, atque beneficium inventarii renunciasse, nisi expressè dicatur, cum speciali ac individua d. beneficii renunciatione, cujus decreti vigore ita in eisdem specialibus terminis fuisse decism late firmatur per eundem Capyc. Larr. dec. 38. ubi & apud Adde. rationes auctoritates habentur.

Contrarium pro veritate interrogatus in ipsam Civitatem Neapolis, quamvis abique libris recreationis gratia ibi in majori hebdomada anni 1665. existens, dixi mihi probabilis videri, istam scilicet dotis constitutionem, non haereditario, sed proprio ac particulari nomine factam ceteri, proindeque inventarii beneficium non suffragari, neque versari in casu decreti praedicti.

Pro hujusmodi veritate dilucidanda, observandum esse dicebam, duas in proposito fratris dotantis forem cadere quaestiones, unam scilicet, an censetur dotasse de bonis suis animo donandi, ita & taliter, quod ultra dotem foror consequi valeat portionem bonorum paternorum, aliaque jura adversus eundem fratrem ac alios competentia, vel potius animo imputandi, seu compendandi; & alteram, posito quod sub hujusmodi dote inclusa sint bona, & jura ipsi dotatae, ex paterno legato, vel aliis competentia, an fratris obligatio censetur facta nomine proprio, & particulari; vel potius haereditario.

Ad effectum primae quaestiones intrat recepta distinctio inter causam voluntariam, & necessariam, si enim fratri nulla dotandi necessitas incumbat, tunc intrat praesumptio, quod de proprio ac animo donandi dotasse censetur, secus autem in casu converso ex paterna dispositione, vel Statuto eum obligante, quia concurrente causa necessaria, huic potius actus tribuendus est, ex regula, quod nemo in necessitatibus liberalis existit, Surt. de adm. tit. 6. quost. 12. num. 19. cum seqq. Merlin. controvers. 3. in fin. ac etiam quia actus referendus est potius ad solutionem debiti, quam ad liberalitatem, & donationem, pro eujus exclusione stat regula, ex deductis per eundem Capyc. Larr. dicta dec. 38. num. 24. cum sequentibus. ibique Adde. num. 20. & habetur actum in aliis hoc eod. tit. Verum in praesenti opus non erat hujusmodi quaestione examinare, cum dotis promissio expressam contineret declarationem, quod fieret animo compendandi cum paterno legato, omnibusque jurebus dotatae competentibus, & cum pacto amplissimae renunciae. Haec tamen insinuabam solum ad tollenda aequivoce scribentium hinc inde, per quos pleraeque auctoritates de ista prima quaestione loquentes cummulabantur.

Quo vero ad alteram quaestione, cum difficultas restringeretur ad praedictum decretum Sac. Consilii; quod est in viridi observantia, hinc proinde causa punctum dicebam consistere, non in illius substantia, & firmitate, sed in applicatione, seu comprehensione, an scilicet casus controversus sub eo caderet necne; pro quo dignoscendo praemittebam, in puncto juris satis controversum esse, an haeres beneficiarius, qui pro debito, vel legato defuncti proprio nomine ad favorem creditorum, seu legatariorum se obligavit, censetur inventarii beneficium renunciare voluisse, itaut eo non obstante, tanquam pro debito proprio, & ex novo contractu teneri debeat; atque affirmative auctor est Angel. in l. cum haereditas ff. ad Trebell. & cons. 31. quem sequuntur plures collecti apud Giurb. observ. 104. numer. 8. Negativae autem auctor est Cinus in l. finali. Codic. ad leg. falcidiam, quem sequuntur collecti per eundem Giurb. num. 9. itaut ob scribentium varietatem, exinde multas lites quotidie orirentur, ut constat ex decisionibus Franch. 323. & 648. Minad. dec. 25. & aliis per Capyc. Larr. consult. 31. & Thor. in compend. dec. par. 1. verbo haeres.

Ad istas autem quaestiones dirimendas, probus vir Valenzuola consiliorum auctor, qui tunc Sac. Cons. Neapolitani Praeses erat, verioremq; putabat posteriorem opinionem Cini, & sequacium, cum dicto decreto generali totius Sac. Concilii junctis quatuor aulis, unam ex his opinionibus

nonibus tanquam pro lege firmare curavit, & sic est decisio quaestiones in casu, & terminis, in quibus illa vertitur, quando scilicet quis vel dispositivè, vel saltem enunciativè contrahit tanquam haeres, & ex causa debiti haereditarii ad tollendam dictam opinionum discrepantiam.

Ideoque dicebam, quod ut dici valeat versari in casu dicti decreti, duo copulativè concurrere debent, primo nempe, quod contrahat tanquam haeres, saltem talem se enunciet; & secundo quod ex causa haereditaria, itaut alter contrahens, qui ejus obligationem suscipit, sciens illum haereditatem, cogitare valeat contrahere posse nomine haereditario, ac animo gaudendi dicto beneficio inventarii, & decreti; secus autem ubi hoc nomen, seu titulus haereditatis nullatenus enunciat, quia tunc, praesertim vir, cui dos promittitur, divinare non potest hujusmodi accidentalem qualitatem, & an frater dotans, proprio, vel administratorio nomine id gerat, dum talis administrationis titulus nullatenus enunciat, atque hic erat casus, dum frater, nec in dispositiva, nec in proemialibus, vel quacumque alia parte hujusmodi accidentalem qualitatem enunciat, minulque dixerat id agere in executionem legati paterni, cuius, aliorumque jurium dotatae competentium sibi veluti mentio in ordine ad comprehensionem, ac renunciationem, quod scilicet obdotem, quam ipse frater constituerat, dotata contenta esse deberet omnibus praedictis ad ipsius fratris favorem renunciatis, unde conjuges rectè credere poterunt, dotantem, non haereditarium, sed proprium ac particulare negotium ita gerere voluisse, emendo scilicet haec jura.

Quod ex ea demonstratione satis probabiliter convinci observabam, quod cum legatum esse ducatorum 45. mil. in certis terminis ac modis a testatore praescriptis solvendum, dos constituta solum fuit in ducatis 42. mil. sub modis & terminis omnino diversis, unde propterea desumebatur, fratrem proprio, non autem haereditario nomine contrahere voluisse; in praedicta etenim quaestione haereditis proprio nomine obligans, quamvis solum simpliciter creditoris partes contra haereditatem sequatur, alii vero e converso simpliciter teneant contrarium, quam dictum decretum quatuor Aularum tanquam per speciem legis amplius non controvertenda firmare voluit.

Veritas tamen consistere videtur in distinctione amplexa per Rotam in Sabines, Censu 26. Januarii 1637. & 22. Junii 1641. coram Pirovano, in Camerinen. legati 20. Junii 1650. coram Beroano, dec. 58. m. 5. & seq. par. 1. rec. & in aliis & cum qua utraque opinio rectè conciliari, ac respectivè veraciter potest, spectandum scilicet esse, an obligatio haereditis compatibilis esset necne cum titulo haereditario, & a qua incompatibilitate penderet punctus novationis, si enim nulla ad est incompatibilitas, tunc probabilior est opinio haereditis favorabilis, quoniam novatio hodie non inducitur, nisi expressè dicatur, vel nisi incompatibilitatis ratio ita studeat, sed potius praesumptio est haereditatem ita explicare voluisse illam obligationem, quae sibi de jure inerat, & e converso creditorem fuisse solum de hujusmodi obligatione, non omnino inani, sed in aliquo proficua, ob actionem personalem, aliaque remedia exinde resultantia, firmo tamen remanente praesupposito, quod vires haereditariae suppetere, ut rationatur Rota d. dec. 58. p. 1. rec. Secus autem e converso aliqua novatione ob incompatibilitatem concurrente, cum tunc ad solum titulum haereditarium actus referri non valeat, & hie erat casus, quoniam legatum diminutum erat in summa ducatorum trium milium, ac etiam multipliciter novatum.

Concurrere siquidem novatione substantiali, consistente in remissione, seu diminutione quantitatis, tunc omnino probabile est, creditorem haereditarium, vel legatarium, ad id induendum esse, ut ita suum credium poneret in tuto, atque jurebus quae habebat contra bona haereditaria, adderet illa contae personam, & bona propria haereditis, qui e converso ita susciperet pretium periculi, cui se exponeret, atque tanquam pretium fidejussionis, cui se exponeret, quoniam faciebat pro haereditate, seu asscuratione diminutionem, unde concurreret hinc inde mutua compensatio commodi, & incommodi, quo casu, cum sensu etiam veritatis, dicebam dictum decretum quatuor Aularum nullatenus intrare, cum verè illud procedat in casu simplicis quaestiones dubiae, ita canonizandum unam ac reprobando alteram opinionem, non autem ubi tales facti circumstantiae ponunt casum extra quaestione.

Et licet apud Capyc. Larr. dicta dec. 38. & dec. 115. concurtere videretur novatio, dum praesertim in casu decisio-

nis 38. id quod erat debitum ex causa legati, seu dotis, conversum fuerat in diversum debitum mutui, unde in puncto juris novatio videbatur clara; nihilominus illa esse species novationis potius verbalis quam realis, atque in effectu vera novatio dici non potest, cum id solum ita ex consuetudine regionis praedicari soleat pro quadam cautela, & ad effectum ut ita instrumenta possint liquidari, juxta formam Ritus Magnae Curiae Vicariae, abique animo verè innovandi, unde propterea in substantia, & spectata potius veritate, quam formula verborum, titulus dotis adhuc perseverare dicitur, etiam ad effectum usurarum dotatum, ex deductis per Capyc. Larr. d. dec. 38. num. 3. cum sequentibus & dec. 200. m. 23. ubi declarat dec. 183. Capyc. Larr. tit. 1. & habetur infra, disc. 161. Secus autem si concurrat novatio, non in cortice, & formula verborum, sed in substantia remissionis, seu diminutionis partis debiti, cum tunc dici non possit fieri ex causa compatibili cum priori titulo.

Alterq; etiam concurreret clara demonstratio contrahendi proprio ac particulari nomine potius quam haereditario, quia dotans cessionem jurium forori competentium adversus paternam haereditatem, non extinguit, & in eisdem haereditatis liberationem reportaverat, sed translative ad commodum proprium; cum enim actio, & passio esse non possint in eodem subjecto, neque dicatur quis creditor sui ipsius, idcirco quando solvitur debitum haereditarium, & de bonis ipsius haereditatis, incongrua est cessio transtantiva, cum solum congrua extinctiva vim habens quantantia, ex deductis per Greg. & Adde. dec. 68. & 75. Barut. & Adde. dec. 420. dec. 135. par. 6. recens. & frequenter; ac ulterius si ex haereditis diligentia, vel creditoris benevolentia aliquid de debito haereditario minuitur, id ad commodum ipsius haereditatis cadere debet, non autem ipsius haereditis, qui ubi beneficium inventarii vult gaudere, non dicitur verus, & proprius haeres, sed potius haereditatis administrator, Mantio. dec. 326. Giurb. dec. 43. num. 25. Capyc. Larr. consult. 13. num. 2. & 3. Rovit. dec. 48. num. 11. & sequentibus de cessione ad commodum haereditatis dec. 384. par. 4. divers. Cavaler. dec. 374. & habetur actum sub tit. de fideicommiss. disc. 172. Unde cum frater dotans, dictae diminutionis utilitatem, necnon jurium omnium cessionem ad proprium, & particulare, non autem haereditatis commodum reportasset, clarum videbatur, non haereditario, sed proprio ac particulari nomine ita contrahere voluisse, ideoque non intrabat decretum praedictum in solo casu dubio, praedictae legalis quaestiones intelligendum, ut supra ubi opinio canonizavit; alia etiam differentia ratione ponderata, quod creditor haereditarius, si vires non suppetunt, conquire non potest, dum sequitur est fidem haereditatis defuncti, secus autem ubi sequitur est fidem, ac promissionem ipsius fratris, nullo expresso titulo haereditario patris, & secundum praemissa cum aliqua moderatione per viam concordiae causa finem habuit.

ANNOTAT. AD DISC. XXVIII. & XXIX.

Quo nomine censetur dos constituta, an proprio, vel administratorio, sive haereditario, vel fidejussorio, de quo agit in his discursibus, agit etiam infra, disc. 153. & 154. & in hoc tit. disc. 177. ubi an promissio dotis facta per patrem censetur de bonis propriis, vel de illis filiae, de quo etiam disc. 34. & de obligatione haereditis, an censetur de proprio, ut non suffragetur inventarium, agit etiam infra, disc. 8. de haereditate.

BENEVENTANA DOTIS PRO VINCENTIA CARACCIOLA. CUM GOFFREDO MORRA

Casus decisis per Rotam pro Vincentia.

Promissio dotis facta per matrem, an censetur fidejussorio nomine patris, vel fratrum haereditum patris, itaut ipsa ad solutionem directè cogi non valeat.

Exceptio non adimplementi, praesertim renunciationes faciendae per mulierem, an retardet solutionem dotis: Et aliqua de praescriptione statutaria, vel juris communis adversus dotem.

S U M M A R I U M.

- 1 *Casus controversie cum enarratione exceptionum.*
- 2 *Obligatio in solidum resultat ex diffione quilibet.*
- 3 *Cessio obtenta per tutorem an eis suffragetur.*
- 4 *Mater dotem constituens cum patre, vel patris heredibus, censetur fidejussorio nomine se obligasse.*
- 5 *Prior est obligatio matris quam fratrum in dotando.*
- 6 *Declaratur conclusio, de qua num. 4.*
- 7 *An, & quando detur prescriptio in dote, constante matrimonio.*
- 8 *Dotans per viri acceptationem obtinet liberationem.*
- 9 *Prescriptio statutaria non habet locum in dote.*
- 10 *Prescriptio de jure non currit, durante vita debitoris ob malam fidem, que influit etiam in primum heredem.*
- 11 *Ex longevo silentio resultat prescriptio adimplementi circa promissam renunciationem, vel prescriptio remissionis.*
- 12 *Exceptio non implet renunciationis promissam per virum an repellat mulierem agentem pro dote.*
- 13 *Sententia, vel decretum intelligendum est, prout de jure.*
- 14 *Mandatam excessivum subsidium per summa debita, in qua ex clausula si quid exequendum, potest ex integro relaxari.*

D I S C. XXIX.

Julia Morra collocando in matrimonium Laviniam filiam, una cum ejus filiis ac respective fratribus dotem promittit ducatorum 3500. quos eadem Lavinia, post longum intervallum effecta vidua, cessit adquirendos dictæ Vincencie Sororibus æquivalentiam ab ista dote datam, cujus cessionis vigore Vincencia mandatam exequutum obtinuit ab A.C. in ejusdem Julæ bonis hereditariis contra Marchionem Goffredum de Morra dotantis ex filio nepotem, ad cujus appellantis instantiam commissa causa per Signaturam in Rota coram Bichio, cum clausula, *si quid exequendum*, assumptaque disputatione, *An mandatam esse exequendum*, plures ex parte appellantis opponerentur exceptiones, quarum prima erat, quod cessio Vincencie nomine proprio agenti suffragari non deberet, dum ipsa erat tutrix ejus filiorum pariter Julæ ex altero filio nepotum, & coheredem contra quos voluntarias cessiones procurare non poterat; altera, quod Julia dotans in solidum cum ejus filiis patris dotante hæredibus, quorum prior erat obligandi dotatio, censetur fidejussorio, seu subsidiario nomine se obligasse, proindeque non poterat directè conveniri non facta principalium excussione; tertia, quod stante longissimo temporis lapsu obstat, vel prescriptio juris communis, vel illa Statuti particularis restricta ad spatium 20. annorum; quarta quod cedenti, & successivè cessionario obstat exceptio non implementi, dum in ipsomet instrumentum dotati solum promiserat facere ampliam renunciationem, & quindò demum opponeretur de excessu mandatam relaxati contra solum Goffredum, qui erat hæres pro medietate, ideoque non nisi ad suam virilem cogi poterat.

His non obstantibus, me pro Vincencia scribente, pro executione mandatam resolutum fuit sub die 27. Junii 1653. & resolutio confirmata 10. Martii 1654. cum subsequente effectu, itaut causa ulteriorem prosecutionem non habuerit, dum super his, & aliis pluribus controversiis concordia proditi, atque resolutiones justæ videbantur, dum de credito dotati non dubitabatur utpote justificato per publicum instrumentum, in quo continebatur obligatio in solidum implicita sub dictione, *cum sibi*, que cum sit distributa totius in singulis, effectus sui singulis promissores in solidum obligati dicantur, ad text. in *l. si pluribus*, ff. de legat. secundò, Rota dec. 22. & 23. post Zacch. de oblig. & firmatur in prima hujus causæ decisione.

Exceptionibus autem, de quibus supra, de plano satisfactam; prima etenim tollebat ex solo facto, quoniam instrumentum cessionis explicitè cantabat ad favorem Vincencie, proprio ac particulari nomine acquirentis cum bonis propriis, non autem pupillorum, datis amittæ filiorum tantquam indotatis in aliquo indigentia statu existentibus, potè lucro, & industria, undè redargui non poterat de malo animo reportandi voluntaria cessiones contra pupillos sub ejus tutela, & administratione existentibus, in quibus terminis loquuntur DD. negantes in tutore facultatem obtinen-

di hujusmodi cessiones; ultra quod extranea prorsus erat hæc inspectio, dum ipsius Vincencie filii sub ejus tutela, vel cura viventes, de hoc non opponerent, sed oppositio erat ex parte dicti Goffredi, cujus nili intererat, an cessio esset ad favorem pupillorum, vel tutricis, dum ipse pro sua virili semper erat debitor, five avius, five alterius, ideoque erat mera exceptio de jure tertii, atque in hoc partim elaboratum fuit.

Alterà videbatur magis relevans exceptio, de qua in secunda disputatione potius quam in prima actum fuit, cum enim prima dotandi causa sit patris, & successivè ejus hæredum, priusquam ad maternam obligationem deveniantur, vera erat in puncto juris conclusio per alterius partis defensores deducta, quod matre in solidum cum patre, vel ejus heredibus dotante, ejus obligatio juxta ordinem juris censetur fidejussorio, seu subsidiario nomine, cum aliàs actus redoleret voluntariam donationem in dubio non præsumendam, ad text. in *l. finali*, Cod. de dotis promissione, & post antiquiores, Mantice, de tact. lib. 12. tit. 19. numer. 8. cum seqq. Menoch. lib. 3. presump. 15. numer. 22. Palchal. de patr. potest. p. art. 2. cap. 6. numer. 3. Amat. resol. 23. numer. 10. Bottiglieri. de success. ab intest. theorem. 96. numer. 2. cum sequent. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 13. gloss. 6. part. 1. latè Cytlic. contror. 495. Boll. de dot. cap. 4. numer. 86. Coccin. decis. 77. Melvitaniana pecuniaria 10, Februarii 1653. coram Melio, & in aliis.

Duplici autem medio in hæc facti specie removebatur objectionem, primò nempe ex facto, quia non constabat fratres cum matre dotantes esse patris hæredes, sed potius ex hæc parte negabatur, undè cessante hoc præsupposito qualitas hereditarie; morivum potius retorquebatur, quod scilicet principalis obligatio esset Julæ matris, illa verò fratrum esse subsidiaria, quoniam quicquid dixerit Soccin. jun. in *l. ff. solut. matrim. numer. 201*, ut desumendo regulam ab ordine successione, æqualis esse donandi causa inter matrem, & fratres, in contrarium est verior, & recepta, ut scilicet prius sit onus matris, deinde fratrum, ex deductis per Mantice, de tact. lib. 12. tit. 16. numer. 28. Coccin. decis. 77. numer. 5. Fontanel. de pact. claus. 5. gloss. 2. numer. 1. Giurb. ad consuetud. gloss. 3. part. 1. numer. 47. Altograd. cons. 59. numer. 2. cum seq. lib. 1. cum aliis per Boll. de dot. cap. 5. numer. 17. cum seq. & de aliment. oblig. cap. 6. numer. 536. apud quos ceteri, & infra, disc. 142.

Et altera erat responsio, quod dicta conclusio, ut pluribus in solidum dotantibus, ex quibus prius unus, quam alterius sit dotandi causa, censetur prioris obligatio principalis, aliorum verò fidejussoria, seu subsidiaria, rectè procedit inter se, ad effectum scilicet, ut ille qui fidejussoris partes gerere dicitur, à principali repetere valeat, seu indenmis conservari debeat, fecit autem quoad conjuges, quibus per omnes tanquam correos ac dotantes promissio facta est, quoniam quoad istos dicuntur omnes principales debitores directè conveniendi, Greg. & Aden. dec. 77. & 445. in proximis terminis Surd. cons. 488. n. 2. Caval. dec. 466. n. 1. admittitur apud Coccin. ad dec. 77. & bene firmatur in secunda decisione 10. Martii 1654.

Ad tertiam exceptionem, pariter facilis erat responsio, quoniam quicquid esset de aliori questione, an ubi dos consistit in quantitate, inter illius prescriptio constante matrimonio, in qua non improbabili videatur affirmativa, quoniam licet vera sit juris regula, de qua in *l. in rebus*, §. omnis, Cod. de im. dotium, Caval. dec. 213. numer. 7. dec. 197. numer. 8. post Zacch. de oblig. Camer. ut constante matrimonio non detur in præjudicium mulieris prescriptio dotis; attamen id recipiendum venit, ubi agitur de bonis ac fundis dotabilibus in mulieris dominio existentibus, lectis autem ubi de quantitate, quia sicuti nedum per solutionem factam viro, sed etiam per ejus acceptationem, debitor liberationem consequitur, remanente mulieri adione contra virum pro restitutione, ad text. in *l. debitor*, & *l. vir ab eo*, ff. de jur. dotium. *l. penult. si vir seceros*, ff. solut. matrim. ita prohibuit non videtur debitori, mediante prescriptioe cum viro completa, eandem liberationem obtinere, ut ita distinguendo Font. de pact. claus. 5. gloss. 1. part. 1. numer. 61. cum seqq. & sentit Rota apud Seraph. dec. 569. n. 2.

Verùm nulla suberat necessitas assumendi istam questionem, utpote de plano cessantem ex facto, quoniam distinguendo prescriptioem statutariam ab illa juris communis, quatenus pertinet ad primam, que majorè difficultatem facere poterat, stante quod non est vera prescriptio, sed præsumpta solutio, ideoque per ipsamet principalem debitorem allegari potest, cessabat difficultas, quia idem Statutum in hæc

in hæc parte uniforme Statuto Urbis inducendi consimilem prescriptioem ex solo lapsu 16. annorum, excipit causam dotis in hoc privilegiate, ut observat Fenzon. in comment. Stat. Urbis 157. & est passim receptum.

Prescriptio verò tricenaria juris communis non aderat, cum hodie ex tempore demendum sit illud vitæ principalis debitoris, qui ratione male fidei hodie nunquam prescribitur ex dispositione juris canonici in cap. final. de prescriptio. n. 1. passim recepta, etiam in Terris Imperii, ac in foro civili, quinimò magis communis, & recepta per Rotam est, ut hæc mala fides influat etiam in primum heredem ex finitatis in *Bruntina Census* 27. Novemb. 1645. cor. Conrado impet. dec. 373. p. 9. rec. undè ex hac ratione rari sunt casus, in quibus prescriptio juris communis verificetur, atque ad perfectionem deveniat, ut pluries in sua materia sub tit. de cred. & sub tit. de iudiciis.

Quartæ exceptioni responsio fuit, quod ex lapsu 30. annorum, & ultra cum subsequente acquiescentia, resisteret, vel prescriptio adimplementi ex parte renunciare debentis, Soccin. sen. cons. 46. numer. 3. lib. 3. Soccin. jun. consil. 48. numer. 9. & 10. lib. 2. Mantice dec. 13. numer. 9. Rota dec. 159. numer. 6. p. 1. rec. dec. 164. numer. 3. part. 4. vel oriretur prescriptio remissionis ex parte renunciatarii, ut dixit Rota in *A. sculana dotis*, seu *pecuniaria* 26. Janu. 1653. coram Cerro; ultra quod cum hæc esse promissio facta per virum, contra istum tantum, non autem contra mulierem jure proprio venientem, hujusmodi exceptio obstat, ideoque dotis affectationem non impedit, dixit Rota in *dicta A. sculana*, licet hæc responsio mihi tuta non videretur, quoniam, etsi promissio soli viro facta esset, adhuc tamen, vel per subsequutum matrimonium dotis constitutio per mulierem ratificata de jure censetur, vel ipsa mulier dicta dotis constitutione uti non potest, nisi cum sua causa, seu conditione, sub qua concepta est, potest namque eam tanquam prejudicalem non acceptare, fed tunc jus habebit implorandi iudicis officium pro nova dotis constitutione, non autem agere poterit ex illo contractu, per quem dotans, non nisi cum ea qualitate se obligare voluerunt, cum obligatio trahenda non sit ultra animum ac voluntatem se obligantis, ut habetur infra, disc. 154. seu 155.

Quinta demum, & ultima exceptio, facilis ac plana erat, dum actrix mandatam consummare non intendebat contra reum, nisi pro sua virili, in qua licet indefinitum, intelligendum erat, quod relaxatum esset, quoniam sententia ac decreta recipiunt interpretationem à dispositione juris, ut bene firmatur in causæ decisionibus præsertim prima; ultra quod ubi etiam mandatam esset excessivum, utpote adhuc non exequutum, de stylo substituent, ac executioni demandatum per summa debita, & quatenus etiam esset in totum nullum; seu aliàs male relaxatum, virtus clausule, *si quid exsequendum*, id operatur, quod iudex appellationis, præsertim Rota novum mandatam ex integro relaxat, ubi de jure relaxandum est, ut firmatur in hujus causæ decisionibus, ac etiam infra, disc. 57. atque ita passim servatur, ideoque non subsistentibus exceptionibus, firma, benèque fundata remanebat actio ex publico dotationis instrumentum, & consequenter justæ fuerunt resolutiones.

ROMANA PRÆTENSÆ LEGITIMÆ
PRO ANNA CIAPPONA, ET CONSORTIBUS
CUM THOBALDO MARMIER.

Casus disputatus coram A.C. incertus est exitus.

Dos data per patrum, vel alium, an censetur profectitia; vel adventitia, & an dotatæ impu-
retur in legitimam sibi in bonis paternis debita; & sicut censetur data intuitu ipsius dotatæ, vel ejus patris ad istum relevandum.

S U M M A R I U M.

- 1 *Casus controversie.*
- 2 *Tutor, vel alter administrator constituendo dotem, an censetur proprio, vel administratorio nomine promissæ.*
- 3 *In necessitatibus nemo liberalis existit, & alius potius necessitatis, quam liberalitatis esse tribuendus.*
- 4 *Quando administrator censetur etiam de proprio promissæ.*
- 5 *Dos data per avum nepti, an impuatur in legitimam filii, qui est dotatæ pater.*

6 *Extraneus dotans, an censetur dedisse animo rependi ad patrem, vel eo, qui dotare tenetur.*

7 *Iste sunt questiones facti decidende ex istius circumstantiis.*

8 *Dos data per patrem, vel alium conjunctam animo non rependi, censetur data intuitu patris puella, itaut judicetur dos profectitia, & impuatur.*

9 *Et de ratione.*

10 *An cesset esse dos profectitia, vel alium conjunctam animo non rependi, si postquam reversum adjectum favore patris dotantis.*

11 *De eadem materia passi reversi, quando sustineatur, vel immuet dotis natura.*

12 *De circumstantiis, ex quibus dos data per patrum censetur data intuitu patris.*

13 *De eadem materia, de qua n. 8.*

D I S C. XXX.

Arquinus Bacchinellus tanquam patrum, ac legitimus administrator Felicis ex Hieronymo fratre neptis, eam nupti tradidit Roberto Butio cum dote scutorum 500. assignata de ejus bonis, eademque de Hieronymus prædictus sponsæ pater stante dicta dotis constitutione, renunciavit dicto Tarquinio omnia jura sibi competentia super bonis communium parentum, ac fratris; deinde verò idem Hieronymus moriens in ejus testamento dictæ Felicis jam dotatæ religit scuta viginti pro omni, & toto eo, & nec unquam illa longo tempore vivens concesso fuit, vel aliud petiit, eaque defuncta, post annos 50. & ultra, ejus hæredes contra illos Hieronymi judicium instituerunt coram A.C. pro affectuione legitime, quæ satisfacta dicebatur per eos conventos cum dote, quam Tarquinus patrum intuitu, & contemplatione Hieronymi patris dederat.

Et super hoc assumpta disputatione, scribentibus pro actoribus, ad excludendam suspensioni dotis imputationem, factis insistebant in pacto reversivo ad favorem Tarquinii patris adjecto, sed casus confundendo, plures cumulabant auctoritates diversos terminos percipientes, unde ad satisfaciendum potius scribentibus, quam causæ necessitati, ac valori, scribens pro reis conventis dicebam ad æquiva tollendo, reflectendum esse ad diversas questiones in proposito cadentes; quarum una est, ubi ille, cujus proxima non est causa, seu obligatio dotandi, esse dotatæ administratorem, puta tutor, vel curator, &c. quem tunc in dotando non exprimit, & tunc quicquid, vel causæ inferendo, vel ob particulares facti circumstantias firmet Soccin. jun. consil. 79. lib. 3. numer. 47. 50. & per tot. referunt, & sequi videntur Menoch. cons. 771. in princ. & Rot. dec. 131. numer. 1. post Merlin. de legit. probabilius videtur, donationem ad ritulum administratorium potius referendam esse, quia ubi duplex causa, una voluntaria, altera necessaria, dati potest, actus referendus potius est ad necessitatem, in qua nemo liberalis existere dicitur, juxta theor. Bart. in *Luxorem*, §. pater naturalis, n. 1. de legat. 3. Menoch. de arbit. casu 88. n. 46. Millin. dec. 433. Merlin. dec. 113. Rojas dec. 144. n. 2. & sequitur Rota, & consertur dicta per Capyc. Larr. dec. 38. n. 24. cum seqq. & pluribus relatis Circo. disc. 36. n. 38. Boll. de dote. c. 3. numer. 108.

Quod temperandum crederem, ubi administrator, sciens bona dotatæ ad tantam summam non ascendere, excessivam dotem constituit, quia illud plus donare censetur de suo, Boll. disc. numer. 108. ubi concord. dum cessat concursus duplicis causæ, idque præsertim respectu viri, cui titulus administratorium expressus non est, cum hic covens causam onerosam, potius fidei ipsius dotantis, quam patrimonii supra in Neapolitana dote, disc. 28.

Alter casus est, ubi quæstio non est cum dotata, sed inter dotantem, & cum; cujus proxima est causa, seu obligatio dotandi, super imputatione, quia nempe Avus dotando nempe præterdum illam imputandam esse in legitima filii, qui est dotatæ pater, de qua plene agit Boll. de dot. cap. 3. numer. 28. cum seqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 8. & 9. ubi relatis utriusque sententiæ sectatoribus, & fundamentis veteriorum constituere videatur, contra Peregrinum de fideicom. art. 37. quam doctrina specialis ad probandum, quod ex pacto reversivo, de quo dotans sibi consuluit, resulter animus donandi dotatæ potius, quam imputandi.

Tertius casus est, an extraneus, vel conjunctus, cujus proxima non sit obligatio dotandi, dotatæ censetur animo rependi à patre, vel altero, cujus proxima est dotandi obligatio,